COMMENTARIUS JOHANNIS HARPPRECHTI, U.J.D. ET...

Johann Harprecht, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 A
58

Commentarius

JOHANNIS HARPPRECHTI,

U. J. D. ET ANTECESSORIS IN INCLYTA TUBINGENSI Academiâ Ordinarii:

IN

Tit. VI. Libri II. Institutionum Iuris gloriosissimi Imp. Justiniani:

DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS præscriptionibus.

CUM INDICE TAM RERUM, QUAM AUCTORUM PASSIM allegatorum satis accurato.

ADJECTA EST ORATIO PANEGYRICA, de Veris & Juventutis Comparatione: *ab eodem Johanne Harpprechto in Actu quodam Doctorali solenniter habita, hactenus à multis desiderata.*

Ex legato Illustriss: Corsini:


TUBINGÆ,
Typis Johan. Alexandri Cellij.
Anno M. DC. XIII.

IMAGO

JOHANNIS HARPPRECHTI, J C. ET IN PRÆLUSTRI ACADEMIA Tubingensi Antecessoris, Anno ætat. 53.



Nobilis HARPPRECHTI *facies est illa* JOHANNIS:
Dona sed ingenij publica Scripta probant. *L. F.*



Magnificis, Nobilißimis & Amplißimis Viris:

DOMINIS CONSULIBUS ET SENATORIBUS INCLYTÆ REIPUBLICÆ Lunæburgensis spectatissimis: Dominis Fautoribus, & Amicis suis plurimùm colendis,

S.





On equidem miror, Magnifici, Nobilißimi & Amplißimi Viri; Consules & Senatores prudentißimi, gravißimi, selectißimi: Domini, & Fautores pl. colendi: Non, inquam, miror; neminem vestrûm non summoperè admirari: quibus ego, vobis plerisq. alioquin incognitus, rationum mo-

mentis inductus, hac meâ præfatione augustum vestrum Collegium adire, & confidentiùs paulò compellare non dubitârim. Verùm causas hujus rei nec nullas, nec omnino inidoneas mihi fuisse, planè existimo. Etenim quis non, in remotioribus etiã Germaniæ partibus, eos præoptet, inquirat, & deligat sibi laborum suorum Patronos; qui ab ultima præteritæ ætatis memoriâ tanto literarum & rerum optimarum studia favore & amore sunt exosculati: ut Musas ipsas mœnibus suis recepisse, jure civitatis donasse, adeoq́ ex antiquissima LUNÆ ARCE *novam Apollini sedem & ædem exædificasse meritissimò censeantur.*

Quòd si ab instituto longiùs digredi, & in liberiorem dicendi campum expaciari fas esset: testes hujusce rei ab ultima hominum ætate repeterem, & in theatrum producerem gravissimos, viros in omni do-

ctrina

ctrinarum genere ac studio probatißimos, totoq́ super Orbe decantatißimos: quorum incomparabilis eruditio, & nominis fama immortalis, licèt radiis suis tam latè splendeat, quàm latè resplendet SOL operum medius: omnes tamen ex vetusta illa LUNÆ ARCE, tanquam ex equo Trojano; vel, quod malim, Musarum Emporio, cumulatè prodierunt. Sed ne commemoratio hæc mea præfationis modum excedat: sufficiat è pluribus aliquos duntaxat, eosq́, nostra quos vidit literarum feracißima ætas, maximè insignes in apricum protulisse.

Primus in hac LUNÆ SPHÆRA prodit Theologus reverendus & clarißimus, Dominus HIERONYMUS HENNINGUS, Lunæburgi in Æde sacrâ ad D. Iohannem Pastor primarius: qui, præter ordinariam Theologicam Professionem, quam singularibus studiis & laudibus ornavit; suam quoq́ in omni Historiarum

meditullio scientiam exquisitam, edito absolutissimo opere Genealogico, de origine, insignibus, & amplitudine omnium totius Europæ Familiarum illustrium, publico tanquam specimine, luculentissimè demonstravit.

In Philosophico LUNÆ *hujus* EPICYCLO *spectabilis apparet clarissimus & politissimus Vir, Dominus* HARTWICUS SCHMIDENSTEDT, *jam pridem in florentissima Academia Juliâ, quæ Helmstadij est, Eloquentiæ Professor eruditissimus.*

Nec minore, vel nominis, vel doctrinarum celebritate in Iuridico LUNÆ *hujus* ORBE *conspicuus incedit, Nobilis, amplissimus, & consultissimus Vir, Dominus* LEONHARDUS FLUERR, *I. V. Doctor, suâ Majorumq; Patriciorum Lunæburgensium virtute & doctrinâ excellentissimus: serenissimi & illustrissimi*

Electo-

Electoris Brandenburgici Consiliarius, & juxtà Patriæ suæ Reipubl. Lunæburg. Syndicus, ac sacrarum largitionum Præpositus omni ex parte splendidissimus.

Ante omnes verò prælustri luminis ortu, copiâ, & splendore praeclarissimum se exhibet Dominus IOHANNES BORCHOLTEN, *Patricius Lunæburgensis: in Academia primùm Rostochiensi, deinde in alma Iulia jurium Professor & Antistes primarius consultissimus: qui plurimis præstantissimis ingenij & eruditionis suæ exquisitæ monumentis, Tractatibus, Commentariis, Disputationibus & Consiliis, de jure, eiusq; ratione Germanâ conscriptis, immortalem sibi nominis gloriam conciliavit.*

Hunc sequitur proles tanto dignissima Patre, STATIUS *ille* BORCHOLTEN, *olim in laudatissima Iuliâ Professor Iurium celeberrimus: nunc Cellis Saxonum reve-*

reverendissimo & illustrissimo, &c. CHRISTIANO, Episcopo Mindensi, Brunovicensi & Lunæburgensi Duci, &c. à consiliis secretioribus.

Prætereo reliquos, LUNATAE hujus VRBIS, ceu Generosæ Matris filios admodum Generosos, Viros commemorabili eruditione, ac spectata virtute undiquaq; eminentissimos: qui partim propagatione salutaris doctrinæ, partim consilio & industriâ rebus, domi forisq; laudatissimè gerendis, & Patriam suam gloriosè illustrârunt, & exteris mirificè profuerunt.

Vnus ille tamen è reliquis pluribus hoc mihi loco tacitè prætereundus non est, Clarissimus, inquam, ille, sincerâ pietate, solidâ rerum optimarum scientiâ, omnibusq; virtutum eximiarum dotibus spectatissimus Vir, Dominus IOHANNES MELBECIUS, Lunæburgensis, jurium Doctor meritissimus, & inclytæ vestræ Reipubl. Consi-

Consiliarius integerrimus: qui sanè cum suis Majoribus ex eodem sublunari ortus solo, singulari & egregiâ eruditione ac virtute suâ, ceu novâ accessione, Patriam suam antè illustrem reddit illustriorem, & in eo totus est, ut studiis suis præstantissimis LUNAE *vestræ* ARCI *novam subinde lucem inferat: adeoq; laborum & vigiliarum suarum fructus nobilissimos, maturitatem jam assecutos, vel imprimis dulcissimæ suæ Patriæ perpetuo cum fœnore restituat, & veluti nutrici suæ in sinum refundat.*

O fortunatam; ô verè beatam Vrbem vestram Lunæburgam! è cujus hemisphærio tot fulgentissima Lumina, in reliquum Germaniæ Orbem radios suos ejaculantia, prodierunt; atq; etiamnum prodire conspiciuntur!

LUNAM *dicebant olim Terræ Matrem & Altricem, vi & influxu suo, ceu*

Commentarius

JOHANNIS HARPPRECHTI,

U. J. D. ET ANTECESSORIS IN INCLYTA TUBINGENSI Academiâ Ordinarii:

IN

Tit. VI. Libri II. Institutionum Iuris gloriosissimi Imp. Justiniani:

DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS præscriptionibus.

CUM INDICE TAM RERUM, QUAM AUCTORUM PASSIM allegatorum satis accurato.

ADJECTA EST ORATIO PANEgyrica, de Veris & Juventutis Comparatione: *ab eodem Johanne Harpprechto in Actu quodam Doctorali solenniter habita, hactenus à multis desiderata.*

Ex legato   Illustrissimi: Comitis:

TUBINGÆ,

Typis Johan. Alexandri Cellij.

Anno M. DC. XIII.

IMAGO
JOHANNIS HARPPRECHTI, J C. ET
IN PRÆLUSTRI ACADEMIA Tubingensi Antecessoris, Anno ætat. 53.



Nobilis HARPPRECHTI *facies est illa* JOHANNIS:
Dona sed ingenij publica Scripta probant. L. F.



Magnificis, Nobilißimis & Amplißimis Viris:

DOMINIS CONSULIBUS ET SENATORIBUS INCLYTÆ REIPUBLICÆ

Lunæburgensis spectatissimis: Dominis Fautoribus, & Amicis suis plurimùm colendis,

S.





On equidem miror, Magnifici, Nobilißimi & Amplißimi Viri; Consules & Senatores prudentißimi, gravißimi, selectißimi: Domini, & Fautores pl. colendi: Non, inquam, miror; neminem vestrûm non summoperè admirari: quibus ego, vobis plerisq. alioquin incognitus, rationum mo-

mentis inductus, hac meâ præfatione augustum vestrum Collegium adire, & confidentiùs paulò compellare non dubitârim. Verùm causas hujus rei nec nullas, nec omnino inidoneas mihi fuisse, planè existimo. Etenim quis non, in remotioribus etiã Germaniæ partibus, eos præoptet, inquirat, & deligat sibi laborum suorum Patronos; qui ab ultima præteritæ ætatis memoriâ tanto literarum & rerum optimarum studia favore & amore sunt exosculati: ut Musas ipsas mœnibus suis recepisse, jure civitatis donasse, adeoq́ ex antiquissima LUNÆ ARCE *novam Apollini sedem & ædem exædificasse meritissimò censeantur.*

Quòd si ab instituto longiùs digredi, & in liberiorem dicendi campum expaciari fas esset: testes hujusce rei ab ultima hominum ætate repeterem, & in theatrum producerem gravissimos, viros in omni do-

ctrina

ctrinarum genere ac studio probatissimos, totoq́; super Orbe decantatissimos: quorum incomparabilis eruditio, & nominis fama immortalis, licèt radiis suis tam latè splendeat, quàm latè resplendet SOL operum medius: omnes tamen ex vetusta illa LUNÆ ARCE, tanquam ex equo Trojano; vel, quod malim, Musarum Emporio, cumulatè prodierunt. Sed ne commemoratio hæc mea præfationis modum excedat: sufficiat è pluribus aliquos duntaxat, eosq́; nostra quos vidit literarum feracissima ætas, maximè insignes in apricum protulisse.

Primus in hac LUNÆ SPHÆRA prodit Theologus reverendus & clarissimus, Dominus HIERONYMUS HENNINGUS, Lunæburgi in Æde sacrâ ad D. Iohannem Pastor primarius: qui, præter ordinariam Theologicam Professionem, quam singularibus studiis & laudibus ornavit; suam quoq; in omni Historiarum

meditullio scientiam exquisitam, edito absolutissimo opere Genealogico, de origine, insignibus, & amplitudine omnium totius Europæ Familiarum illustrium, publico tanquam specimine, luculentissimè demonstravit.

In Philosophico LUNÆ *hujus* EPICYCLO *spectabilis apparet clarissimus & politissimus Vir, Dominus* HARTWICUS SCHMIDENSTEDT, *jam pridem in florentissima Academia Iuliâ, quæ Helmstadij est, Eloquentiæ Professor eruditissimus.*

Nec minore, vel nominis, vel doctrinarum celebritate in Iuridico LUNÆ *hujus* ORBE *conspicuus incedit, Nobilis, amplissimus, & consultissimus Vir, Dominus* LEONHARDUS FLUERR, *I. V. Doctor, suâ Majorumq; Patriciorum Lunæburgensium virtute & doctrinâ excellentissimus: serenissimi & illustrissimi*

Electo-

Electoris Brandenburgici Consiliarius, & juxtà Patriæ suæ Reipubl. Lunæburg. Syndicus, ac sacrarum largitionum Præpositus omni ex parte splendidissimus.

Ante omnes verò prælustri luminis ortu, copiâ, & splendore præclarissimum se exhibet Dominus IOHANNES BORCHOLTEN, *Patricius Lunæburgensis: in Academia primùm Rostochiensi, deinde in alma Iulia jurium Professor & Antistes primarius consultissimus: qui plurimis præstantissimis ingenij & eruditionis suæ exquisitæ monumentis, Tractatibus, Commentariis, Disputationibus & Consiliis, de jure, eiusq; ratione Germanâ conscriptis, immortalem sibi nominis gloriam conciliavit.*

Hunc sequitur proles tanto dignissima Patre, STATIUS *ille* BORCHOLTEN, *olim in laudatissima Iuliâ Professor Iurium celeberrimus: nunc Cellis Saxonum*

reverendissimo & illustrissimo, &c. CHRISTIANO, Episcopo Mindensi, Brunovicensi & Lunæburgensi Duci, &c. à consiliis secretioribus.

Prætereo reliquos, LUNATAE hujus URBIS, ceu Generosæ Matris filios admodum Generosos, Viros commemorabili eruditione, ac spectata virtute undiquaq; eminentissimos: qui partim propagatione salutaris doctrinæ, partim consilio & industriâ rebus, domi forisq; laudatissimè gerendis, & Patriam suam gloriosè illustrârunt, & exteris mirificè profuerunt.

Unus ille tamen è reliquis pluribus hoc mihi loco tacitè prætereundus non est, Clarissimus, inquam, ille, sincerâ pietate, solidâ rerum optimarum scientiâ, omnibusq; virtutum eximiarum dotibus spectatissimus Vir, Dominus IOHANNES MELBECIUS, Lunæburgensis, jurium Doctor meritissimus, & inclytæ vestræ Reipubl. Consi-

Consiliarius integerrimus: qui sanè cum suis Majoribus ex eodem sublunari ortus solo, singulari & egregiâ eruditione ac virtute suâ, ceu novâ accessione, Patriam suam antè illustrem reddit illustriorem, & in eo totus est, ut studiis suis præstantissimis LUNAE vestræ ARCI novam subinde lucem inferat: adeoq; laborum & vigiliarum suarum fructus nobilissimos, maturitatem jam assecutos, vel imprimis dulcissimæ suæ Patriæ perpetuo cum fœnore restituat, & veluti nutrici suæ in sinum refundat.

O fortunatam; ô verè beatam Vrbem vestram Lunæburgam! è cujus hemisphærio tot fulgentissima Lumina, in reliquum Germaniæ Orbem radios suos ejaculantia, prodierunt; atq; etiamnum prodire conspiciuntur!

LUNAM dicebant olim Terræ Matrem & Altricem, vi & influxu suo, ceu

lacte materno fœcunditatem filiæ instillare. O fœcundissimam hanc LUNAE VRBEM! *quæ tanquam Mater multas Germaniæ partes non fatali influentiâ, sed* DEI *Creatoris virtute, tot præclarissimorum Virorum ubertate fœcundavit!*

LUNAM *docent Astronomi à Sole lumen mutuari, & eâ semper parte claram & conspicuam esse, quâ Solem aspectat. O prælustrem hanc* LUNAE ARCEM! *quæ non ab uno Sole, sed tot Solibus ex se oriundis, Viris in universo scientiarum circulo cultissimis, illuminatur: & quâ se parte ad Solem magnum (* IOHANNEM *illum* BORCHOLTEN *) convertit; eâ maximè micantissimis radiis illustratur!*

LUNAM *statuebant Ægyptij Æternitatis hieroglyphicum esse: propterea quòd, cùm defecisse videtur, nova iterum fiat, sæpiusq; anno toto juvenescat. O verè augustam hac in* LUNAE ÆDE *æternitatis*

tatis sedem, perpetuo radiorum repercussu adeò conspicuam: ut, quamuis interdum decrescere velle videatur: tamen iterum accrescat, & luce resumptâ, MELBECIO novam facem inferente, denuo exurgat splendidior!

Pervulgatum & illud est; LUNAE gestamen apud Arcadas Nobilitatis fuisse documentum: sicut & Romanis, qui nobilitate præstarent, gestandi LUNULAS morem fuisse, Plutarchus tradit. O verè nobilem hanc LUNAE ARCEM! quæ non tantùm falcatam LUNAE figuram, nobilitatis tesseram, antiquo in clypeo gestat: sed etiam tot veræ nobilitatis Apices, Marte togaq; insignes, ad exteros emisit, iisq; magnam Germaniæ nostræ partem hactenus nobilitavit!

Quæ cùm ita sint, Viri Amplissimi: quis homo tam inhumanus, ἄνθρωπος μισάνθρωπος, adeoq; vel invidus, vel iniquus, ocio-

sius &

sus & ignavus tantæ felicitatis vestræ contemplator esset: qui non vel ipso Clarissimi Dn. DOCTORIS MELBECII exẽplo & Actu Doctorali splendidissimo, ante annum solenniter celebrato, excitatus, Ecclesiæ Reipublicæq́ vestræ florentissimæ de tot tantisq́ Viris, è medio vestrûm progressis, & pleno omnium virtutum ac doctrinarum jubare in multas Orbis plagas diffusis, toto pectore & ore intimè gratularetur? Sed reprimo me: ne videar mihi proposuisse ter inclytæ vestræ Civitatis laudes, quas ne voluminis quidem amplitudo commodè capere posset, hujus Epistolæ angustiâ coarctare.

Vobis autem, Viri Consulares honoratissimi, Senatores prudentissimi, tam in sinceræ meæ congratulationis, quàm debitæ observantiæ testimonium, hanc pertenuem de USUCAPIONIBUS, *Commentationem, nec non hanc, quam in* MELBECIO *vestro*

veſtro inſulâ Doctorali exornando habui, ORATIONEM, ſive Corollam, ex rore VERIS marino, & liliis floridæ IUVENTUTIS συγκριτικῶς *contextam, typis nunc mandatam, & Magno veſtro Nomini conſecratam devotè offero, & rogo: ut utramque pro benevolentiâ & humanitate veſtrâ, quam in vobis, unà cum cæteris virtutibus omnibus, cognovi eſſe ſingularem, ſerenâ fronte ſuſcipiatis. Et quamvis (ut ingenuè fatear, quod res eſt) Magnifici veſtri nominis ſplendori, hoc, quidquid eſt ſtudij & opellæ meæ, minus reſpondeat: quia tamen illud omne, quantulumcunq; quod ad decus & ornamentum MELBECII veſtri, ſolenni in Actu à me dictum & factum eſt, vobis etiam veſtræq; Reipublicæ magnâ ex parte gloriæ & honori cedere extra dubium eſt: eò minùs ingratum vobis eſſe futurum ſpero.*

Accipite igitur, Viri nobiliſſimi & ſpe-

Etatissimi, literarium hoc mnemosynon; & apud animos vestros sedulò expendite: non minus humanum esse, parva ab Amicis oblata accipere, quàm vel maxima dare: nec referre, quo quis dederit pondere vel mensurâ, sed quo animo & voluntate.

IESUS CHRISTUS, *Sol Iustitiæ & Phosphorus ille ex alto oriens, vos vestramq́; Vrbem, illustrem illam* LUNAE ARCEM *clarorum hominum ortu, influxu, & splendore subinde magis magisq́; illustret, tenebras malorum dispellat, lucem sinceræ Fidei & Iustitiæ adaugeat, Vosq́; rei literariæ literatorumq́; Nutricios, Patronos, ac Tutores summos, quàm diutissimè incolumes & florentes conservet ac tueatur. Scribebam Tubingæ, 10. Maji, Anno 1613.*

VV. AA.

studiosissimus

Johannes Harpprechtus, D.

ACCLAMATIO

Ad Studiosam Juventutem:

Cùm Nobilis & Consultissimus Vir, Dominus JOHANNES HARPPRECHTUS, JCtus & Antecessor Academiæ Tubingensis longè celeberrimus; Dominus, Adfinis & Amicus meus sanctè colendus, de præstanti vsuque frequenti Usucapionum & Præscriptionum materiâ Tractatum in lucem emitteret.

I.

HARPPRECHTVM nosti, Legum admirabile lumen,
Quem plures celebrant non sine mente Scholæ:
Quem tot Scripta sonant, quem plena theatra loquuntur:
Quem Themis æthereo mandat honore frui.
Hic rursum in Dias producit luminis oras
Dona suæ mentis, dona probata tibi:
Et Scripto hoc pulchrè quid sit Præscriptio monstrat:
Ac pare cuique suum reddere lance, docet.
Quod studiosa cohors volvas noctesque diesque:
Largam operæ frugem, & commoda multa feres:
Et mecum pergas Superum exorare Tonantem;
Auctori ut vitæ stamina longa trahat:
Vt quod præclarè cœpit, feliciter omne
Finiat: atque Scholis commoda plura ferat.

Samuel Bansovius, V. I. D. & supremi Tribunalis VVürt. Adsess. deproperabat.

II.

Anagramma.

Iohannes Harpprechtus, Iurisconsultus.
Spes nostra vulnera Christi, hunc pe sui.

[illegible] tractetu, si quæris, juris asyla,
Quæ Dominum spoliant proprietate sua?

Ignote

Ignoto tribuunt solo usu rura colonô,
Excluso veteri proprietatis hero?
Hoc cape responsum, mi Lector: juris iniqui
Nil usucapio tradit, habetve mali.
Quin Vsucapio potiùs benè iura tuetur
Publica, & ut lites abbrevientur, agit.
Desidiam cohibet, solertem ritè tuetur,
Nec sinit, ut dubius fluctuet agricola.
Non dicenda igitur sunt improba iuris asyla,
Cùm quis longo usu rura aliena capit;
Si modò longè absit fraus, impostura dolusque,
Vis vetita, aut quodvis exitiale scelus.
Nec mihi magnoperè est curæ fraudésve dolósve
Tractare; aucupium nil iuvat illud iners.
Sed mage decrevi divino attendere verbo:
Atque eius prompto pectore iussa sequi.
Hoc potis est rectum veræ monstrare salutis
Tramitem, & æternùm salvificare pios.
Hinc *spes nostra* tenax pallentia *vulnera Christi*
Sunt; *hunc* & *posui* in corde animoque meo.
Ergò præsentis ne carpas scripta libelli:
Nil sceleris pia mens hinc (mihi crede) trahet.

Iodocus Colb. D. & Professor Acad. Tubing. o. e. f.


III.

IOHANNES HARPPRECHTVS, V. I. D.
VIDE: SIC PROPERAT ANNVS,
adspirationibus elisis.

TEmpore vernali violas formosa juventus
Purpureas teneris colligit ut manibus:
Vel ceu læta canunt juvenes sua carmina Majo,
Ornantes ramis singula claustra: VIDE;
SIC lætas segetes legimus canimusque Ioannis
Harpprechti, Themidis qui sacra rura colit.
Bruma fugit: cunctis redeunt nova tempora rebus:
Et fructus dulces ver geniale parit.
Nam PROPERAT nobis pergratum tempus, & ANNVS,
Quo tua cura, Pater, nascitur atque labor.
Annuus ô maneat; partus redeatque quotannis!
Dum detur sedes usque beata tibi.
Nobile nulla tuum perimat Præscriptio nomen:
Iura licèt quævis hæc abolere queat.

Georgius Schütz/Tubing: LL. Stud. f. o. e. ludebat.

Commen-



Commentarius

IOHANNIS

HARPPRECHTI, U. J. D.
ET PROFESSORIS IN ALma Tubingensi Academia Ordinarii:

In Tit. 6 de Vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus, libri II. Institutionum Juris Imperatoris Justiniani.

Principium Tituli.

Iure ciuili constitutum fuerat, vt qui bonâ fide ab eo, qui dominus non erat, cùm crederet, eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliaue quauis iusta causa acceperit: is eam rem, si mobilis erat, anno vbique

vno: si immobilis, biennio tantùm in Italico solo vsucaperet: ne rerum dominia in incerto essent. Et cùm hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora: nobis melior sententia resedit, ne domini maturiùs suis rebus defraudentur, neq; certo loco beneficium hoc concludatur. Et ideo constitutionem super hoc promulgauimus, quâ cautum est, vt res quidem mobiles, per triennium: immobiles verò per longi temporis possessionem (id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis) vsucapiantur: & his modis non solùm in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum, iusta causa possessionis præcedente, adquirantur.

SUM-

SUMMARIA.

34 Tem-

tuli adminiculo procedit.

65 An & quatenus error iuris nec adsistentis, nec resistentis, ad præscriptionem prosit.

66 Leges scire omnes tenentur.

67 Error iuris dubij & controuersi an præscriptioni afferat impedimentum.

68 Error facti alieni bonam fidem parit, & quare. & num. 89.

69 Error facti cum iuris errore mixtus an vsucapioni obsit.

70 Sententia l. si vir. 3 ff. pro donato.

71 Nunquid, præscriptione bona fide completâ, præscribens rem, quam cognouit esse alienam, in foro conscientiæ veteri domino restituere teneatur.

72 Lex iusta etiam in foro conscientiæ seruanda.

73 Iustè quis possideat.

74 Lex omnium rerum domina & regina.

75 Alienum non est, quod iure possidetur.

76 Furtum lege diuina prohibitum.

77 Actus quando vitietur.

78 Cessante causa finali, quatenus cesset effectus.

79 Ad vsucapionem requiritur titulus.

80 Varia tituli significatio.

81 Qui tituli ad dominium transferendum idonei.

128 Quan-

140 Con-

140 Coniecturis locus esse solet in dubiis & in incertis.

141 Num & quatenus annuis pensionibus praescribatur.

142 Nulla hic inter stipulationes & legata constituenda differentia.

143 Cùm quid annuum debetur; tot sunt praescriptiones, quot anni.

144 Non entis nullae qualitates.

145 Si vsusfructus alternis annis legetur: non amittitur huiusmodi legatum non vtendo.

146 In annuis legatis ab initio cuiusque anni competit exigendi facultas.

147 Sententia l.eos,qui.26.C.de vsuris.

148 Vsurarum obligatio est accessio sortis.

149 Vtrùm iuri luendi pignoris praescribi queat.

150 Res merae facultatis nullo tempore praescribuntur. & n.171.

151 Alieno nomine possidens, non praescribit.

152 Pignus plerunque pluris est, quàm debitum.

153 Fructus pignoris computantur in sortem.

154 Actio, antequam nata sit, praescribi non potest.

155 Quatenus debitor actionem pignoratitiam gignere valeat.

156 Filiusfamilias agendi potestatem de bonis aduentitiis à patre impetrat.
157 Intellectus l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.
158 Omne qui dicit, nihil exsludit.
159 Priuatio habitum præsupponit.
160 Ius offerendi dupliciter consideratur.
161 Intellectus l. nec creditores. 10. & l. vlt. C. de pignorat. act.
162 An pacto de retrouendendo tempore longissimo præscribatur.
163 Actio redhibitoria quatenus sit bimestris.
164 Quando infinitas admittatur.
165 Verba hæc, semper, quandocunque, & similia, designant temporis infinitatem.
166 Causa dotis semper, & vbique præcipua.
167 Euictionis nomine aliquis perpetuò obligatur.
168 Malæ fidei possessor nullo vnquam tempore præscribit.
169 Nullum verbum in contractibus debet censeri ociosè appositum.
170 Facultati adimplendæ conditionis potestatiuæ nullo præscribitur tempore.
171 Res meræ facultatis nulla præscriptione tolluntur.
172 Quæ res existimentur meræ facultatis esse.

173 Sere

mitem, Baronem, aut Ciuitatem cursu temporis longissimi praescribantur.

189 Concessio & praescriptio eiusdem sunt conditionis, naturae ac potestatis.

190 A communi opinione in praxi recedere periculosum.

191 Ea traditio videtur verior, quae à maiori Dd. parte approbatur.

192 Opinio communis vim consuetudinis habere dicitur.

193 Regalium unâ specie specie praescriptâ, non intelliguntur & aliae praescriptae species.

194 Quo tempore iurisdictio praescribatur.

195 Iurisdictio Principis praescriptionem temporis immemorialis regulariter exigit.

196 Principis voluntate iurisdictio in alium transfertur.

197 Quasi possessio, qua praescriptio iurisdictionis nititur, quomodo inducatur.

198 An in praescriptione iurisdictionis necessaria sit scientia & patientia eius, contra quem praescribitur.

199 Patientia est loco traditionis.

200 Num titulus ad iurisdictionis usucapionem requiratur.

201 Actus iurisdictionales publicè geri solent.

202 Quasi possessio per vnicum dispatientiæ actum rumpitur.

203 Lex obscurior interpretationem sumere debet ex clariore.

204 Qui titulo munitus est, contra ignorantem præscribit.

205 Sensus l. si à te emero. 16. ff. si seruit. vindicet.

206 An, si quis vno tantùm actu iurisdictionis, puta amputatione capitis per tempus legitimum vsus sit, sicq; pœnæ istius irrogationem præscripserit, merum imperium totum præscripsisse censeatur.

207 Plus & minus non constituunt speciem, sed duntaxat gradum.

208 Qui vna specie collectarum vsus est; omnes eius iuris species, etiam de nouo emergentes, acquisiuisse putatur.

209 Species sub genere posita, habent candas colligatas.

210 Præscriptio non extendenda ab vna specie ad aliam.

211 Qui it per partem, iure totius seruitutis debitæ vtitur.

212 Actum habens, quomodo itinere vtatur.

213 Si per 40. annos triticum sit in aliquo prædio seminatum, eiusq; decimas mona-

monasterium collegerit: idem quoque decimas alterius frumenti postea seminati iure præscriptionis colligere poterit.

214 Ex præscriptione specierum resultat præscriptio generis.

215 Unius speciei præscriptio non continet aliam diuersam speciem.

216 Tantum præscriptum, quantum possessum.

217 Explicatur c. cum contingat. 29. ext. de decimis.

218 Explicatur c. auditis. 15. ext. de præscriptionib.

219 Explicatur c. cum olim. 18. ext. de præscriptionib.

220 Explicatur l. si prius. 17. ff. de aqua, & aquæ pluu. arcend.

221 Possessio usucapionis caput & fundamentum est.

222 Possessio unde appellata.

223 Ad acquirendam possessionem aliquo corporis ministerio opus.

224 Possessionis definitio, eiusq; declaratio.

225 Possessionem non esse ius, aliquot rationibus ostenditur.

226 Reuersus ab hostibus, omnia iura pristina recipit.

227 Heres in omne ius defuncti succedit.

228 *Nullum ius alteri per alterum auferri potest.*

229 *Maritus rem sibi ab vxore donatam possidet.*

230 *Ius possessionis ab ipsa possessione distinguendum.*

231 *Possessio ciuilis quales effectus producat.*

232 *Possessio naturalis quatenus legitima dicatur.*

233 *Possessio est rerum corporalium.*

234 *Res corporales tam mobiles, quàm immobiles possideri queunt.*

235 *Duo pluresue eandem rem in solidum possidere haud possunt.*

236 *Possessio magis est facti, quàm animi.*

237 *Penetratio dimensionum naturâ impossibilis.*

238 *Ars imitatur naturam.*

239 *Rerum corporalium possessionem quatenus prohibeat vel natura, vel dispositio iuris.*

240 *Quæ vera sit possessionis nota.*

241 *Qui alieno nomine sint in possessione.*

242 *Possessionis species quæ.*

243 *Possessio iniusta siue naturalis, & iusta seu ciuilis quomodo à se inuicem distinguantur.*

244 *Ad præscriptionem qualis possessio requiratur.*

245 Co-

QUandoquidem hactenus dictum est de modis acquirendi dominii iuris gentium, siue naturalibus; de rebus item incorporalibus: ex quibus iam quatuor sunt expositæ; seruitus videlicet prædij, vsusfructus, vsus, & habitationis (De hereditatibus & obligationibus, quæ adhuc reliquæ sunt, tractabitur infrà suo loco, *tit. de testamentis ordinand. & seqq. & tit. de obligationib.*) Quapropter consequens

 est,

est, vt & modi acquirendi dominii ciuiles explicentur, *vt ostendit ipse Imp. Iustinianus in §. vlt supra tit. proximo.*
2 Horum autem ciuilium modorum duo summa sunt genera. Quatuor enim sunt, per quos res singulæ acquiruntur: vt vsucapio & longi temporis possessio siue præscriptio, donatio, legatum, & fideicommissum singulare: quatuor verò, per quos res per vniuersitatem acquiruntur: vt hereditas, bonorum possessio, arrogatio, & libertatum conseruandarum causa addictio. Quos modos Imperator noster hoc libro & seq. ordine persequitur: priùs agens de modis singularibus, posteriùs
3 de vniuersalibus. Porrò vsucapio (*de qua in præsenti tit. disseritur*) non simplex, sed iunctum est verbum, ab vsu & capiendo dictum: quòd vsu, id est, possessione, res per eam capiatur & acquiratur. Usus quippe possessionem hîc significat: sicut è contrario possessio denotat vsum rei, *l. quæstio. 115. ff. de*
4 *verb. signif.* Unde vsucapere est, per vsum siue possessionem rem acquirere: quod

quod & possessione capere dicitur, *l. emptor fundi. 4. in princ. & l. qui fundum. 7. §. 1 ff. pro emptor. l. quamuis. 18. & l. non solùm. 33. §. si dominus. 2 ff. de usurpat. & vsucapionib.* Ex quo efflorescit, *vsucapionem* scribi oportere, non *vsuscapionem*. Non enim sic ap- 5
pellatur vsucapio, vt pignoris capio. Pignus à pugno deriuatū, manu capimus, vsum non capimus: sed mediante vsu siue possessione rem capimus & acquirimus: quod Cato apud Gellium *lib. 7. noct. Attic.* non animaduertens, vsuscapionem, sicut pignoris capionem scribi debere tradidit, *Cuiac. ad l. 3. ff. eod. Hotoman. hic & Borcholt. numer. 2. & Vulteius num. 3. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciu. c.* 11. *num. 1. Petr. Gregor. lib. 4. syntag. c. 1. num. 4. D. Obrecht. disp. 26. de vsucapionib. th. 5. & seqq.* Wegner. *disp. 6. ad Instit. th. 1. lit. d. Stuck. part. 1. Exercit. Iustin. decad. 5. assert. 1. lit. A. Ausonius Popma lib. 4. de different. verbor. in verb. vsucapere, &c.*

Hinc vsucapio definitur à Modesti- 6



no adiectio dominii, per continuationem possessionis, temporis lege definiti, *l.3.ff.de vsurpat.& vsucap.* Dicitur, *adiectio dominij:* quoniam in vsucapione non statim rei dominium, sed priùs possessionem, & per hanc dominium adipiscimur. Ideoque rectiùs vsucapionem Modestinus definiuisse videtur adiectionem, quàm Ulpianus adeptionem, *in fragment. tit. 19. & ex eo Isidorus lib.5. Etymol.* Et si ex diuersitate locorum alij emendandi forent, vtquidem opinatur Cuiacius *in notis ad Ulpian. d. tit. 19. & ad d.l.3.ff. de vsurp.& vsucap.* Ulpiani locum potiùs ex Modestini loco, quàm hunc ex illo emendandum esse censet *Antonius*
7 *Contius lib.1. disput. iur. ciuil. c.10.* vbi tamen addit, apud se maiorem esse religionem, vt non nisi summâ necessitate & ratione vrgente ad emendationis auxilium confugiatur. Sed quid emendatione opus, vbi vtrumque sustineri potest? Usucapio siquidem dicitur ab Ulpiano adeptio, respectu effectus. Adeptio namque seu acquisitio domi-

dominij, est effectus vsucapionis: id quod ex ipso vocabulo satis clarescit: quandoquidem capio est acquisitio; & capere est in suum dominium capere, *l. aliud. 71. & l. cepisse. 140. ff. de verb. sig. l. prætoris. 5. in princ. ff. de dam. infect. D. Obrecht. d. disp. 26. thes. 7. & 26. Donell. lib. 5. Comment. de iure ciu. c. 5. Vulteius lib. 1. Iurispr. Rom. cap. 71. numer. 2.*

Cùm igitur vsucapio simpliciter dominij adiectio vel adeptio dicatur: inde perspicuum euadit, per eam (vulgari illâ distinctione inter dominium directum & vtile, vtpote priscis Jureconsultis incognitâ, & à Glossographis Doctoribusque confictâ, prorsus reiectâ: *quam rem vberrimè examinauimus ad princip. tit. suprà de rer. diuis. & acq. ipss. dom. num. 40. & seqq.*) plenum & perfectum siue absolutum dominium acquiri, *d. l. 3 ff. de usurp. & vsucap. hoc principio in fin. l. acquiritur. 10. §. non solùm. 2. & §. vlt. ff. de acquir. rer. dom. l. qui fundum. 7. §. vlt. ff. pro emptore. l. 1. §. vlt. ff. de Public. in rem act.* 8

princ. num. 2. de reg. iur. in 6. Pinel. in auth. nisi tricennale. num. 36. & seqq. C. de bon. mater. Corasius lib. 6. miscellan. c. 20. Vasquius lib. 2. controuersiar. illustr. c. 54. D. Obrecht. d. disp. 26. th. 304. cum aliquot seqq. Ioan. Nigerdinus lib. 2. disp. 3. th. 2. quæst. 10. Hænon. disput. 6. controuers. 16. Roberus disp. 9. th. 12. Giphan. lib. 2. disp. 11. th. 8. ibiq; in suis notis Olemannus num. 11. & seq. Stuck. d. part. 1. decad. 5. assert. 1. lit. C. Fachineus lib. 1. controuers. iur. c. 70. Donell. d. lib. 5. Commentar. c. 29. ibiq; Hilliger. in suis notat. lit. A. & Gilkenius in tract. de usucapionib. part. 1. cap. 3. qui pleriq; utramq; in partem plures allegant.

Hanc sententiam non infringit *l. si* 10 *duo patroni. 13. §. 1. ff. de iureiurando.* vbi dum Iulianus indicat, post longi temporis præscriptionem vtilem actionem dari: inde inferri posse videtur, dominium haud plenum, sed tantùm vtile (*quod aiunt*) transferri: cùm directa aliâs competeret actio. *Nam* textus istius §. ita accipiendus est: eum, qui longo vsu rem præscripsit, si voca-

tus in iudicium à priore domino, delatoque sibi iuramento iurauerit, rem suam esse, vtilem etiam ex iureiurando, hoc est, in factum actionem habiturum. Quasi diceret Jurecconsultus: qui rem iusto & legitimo tempore ritè præscripserit, non directam solummodo ex præscriptione, sed vtilem etiam ex iureiurando sibi delato actionem habebit. *De qua actione videātur, quæ notata sunt ad § item si quis postulante. 11. infrà de actionibus.*

11 Similiter non obstat *l.* 1. *§. vlt. in fine. ff. de aqua, & aquæ pluu. arcend. & l. si quis diuturno. 10. in princ. ff. si seruit. vindicet. cum similibus*, in quibus expressum est, acquisitâ seruitute per vsucapionem, actionem vtilem competere. *Primùm* enim ex actione vtili minùs rectè fingi vtile dominium, docuimus *ad d. principium suprà de rer.*
12 *diuis. num. 42.* Deinde non est in iure nouum aut infrequens, vt actio vtilis dicatur pro efficaci, quæ nullâ remoueatur exceptione, nec directæ opponatur, *arg. l. si fideiussores. 41. in fine*

prin-

principij. ff. de fideiussorib. l. vlt. in fine. C. quod cum eo, qui in alien. potest. est, negoc. gest. esse dic. & ostensum ad §. quod si vis fluminis. 21. num. 8. supr. de rer. diuis.

Rursus nihil mouet, quòd dissen-
tientes ita argumentantur: Ex præscri-
ptione dicitur oriri exceptio, *l. super
longi. 11. C. de præscript. longi tempor l. si
quis emptionis. 8. §. 1. C. de præscript. 30.
vel 40. annor.* Exceptio autem est a- 18
ctionis exclusio, *l. 2. in princ. ff. de exce-
ptionib.* Ergo is, scilicet antiquus do-
minus, contra quem de præscriptione
excipitur, dominium rei habet: alio-
qui rem vindicare & agere non posset.
Cæterùm cùm dominium vtile non
habeat: est etenim illud penes possi-
dentem: necessariò sequitur, eum ha-
bere directum; adeoque vtile dunta-
xat præscribenti fuisse quæsitum. Hoc,
inquam, argumentum nihil mouet.
Licèt enim antiquus dominus agat, &
nomine tenus, ac de facto rem vindi-
care, ceu dominus, videatur: attamen
re ipsa & de iure dominus non est.

Tum

Tum quia exceptione repellitur ab eo, qui præscripsit: tum quia ita iure constitutum est; vt si is, qui rem bona fide præscripsit, possessione cadat, rem vindicare possit, *d l si quis emptionis. 8. in princip. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Ex quo firmiter concluditur, quòd non dominus antiquus; sed ipse possessor verum plenumque rei domini-
14 um habeat: sicque distinctione vtilis & directi dominij haudquaquam sit opus: cùm nihil intersit, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, *l. nihil interest. 112. ff. de reg. iur. Fachin. d. lib. 1. controuers. iur. c. 70. in fine.*

Dicitur in definitione, *per continua-*
15 *tionem possessionis*. Quia possessio continua, & nunquam interrupta esse debet, *l. possessio. 20. l. nunquam. 31. §. 1. l. non solùm. 33. §. qui pignori. 4. ff. de vsurp. & vsucap.* Nam si interrupta sit, puta per ablationem possessionis, quæ naturalis vocatur interruptio, *l. naturaliter. 5. ff. d. tit.* aut per litem motam, quæ ciuilis, *l. nemo. 10. C. de acquir. &*

reti-

retinend possess. l. morae. 26. C. de rei vindicat. l. 2. C. de annali except. ad effectum perduci nequit, *d. l. nemo. 10. C. de acquir. & retin. possess. cum aliis modò adductis Petr. Gregor. in syntagm. iur. part. 3. lib. 40. c. 6. numer. 5. Bronchorst. cent. 4. ἐναντιοφανῶν. assert.* 12. *Et latiùs explicabitur ad § . vlt. infr. hoc tit. num. 27. & seqq.* Atque isthæc interruptio 16
appellari solet vsurpatio, *in rubric. tit. ff. de vsurpationib. & vsucap.* Oratores namque vsurpationem pro frequenti vsu accipiunt, *teste Paulo JC. in l. 2. ff. eod.* Dominus itaque retinens frequenti vsu rei possessionem, ne ab altero vsucapiatur, vsurpare eam, & sic vsurpando alterius possessionem interrumpere dicitur, *Wesenbec. in paratit. ff. de vsurpat. & vsucap. num. 5.*

Additur denique, *temporis lege definiti.* Quoniam non sufficit vnius vel alterius diei possessio: sed tempus requiritur lege definitum: quod cuiusmodi sit, inferiùs suo loco aperiemus. Porrò contra hanc ita succinctè expli- 17
catam definitionem, adeoque totam

vsuca-

vſucapionis materiam, argumenta multa, quibus ea videtur eneruari poſſe, opponi ſolent. *Primum tale eſt:* Si per vſucapionem dominium adipiſcimur: dominium ex pluribus cauſis vt nobis contingat, neceſſe eſt. Siquidem pluribus ex cauſis vſucapimus: cùm ex plurimis cauſis poſſideamus, *l. 3. §. ex plurimis. 4. & § genera. 21. ff. de ac-*
18 *quir. vel amitt. poſſeſſ.* Atqui dominium non poteſt niſi ex vna cauſa nobis contingere, *d. l. 3. § ex plurimis. verſ. nec enim. ff. eod. l. & an eadem. 14. § 2. in fine ff. de except. rei iud. l. non vt ex pluribus. 159. ff. de reg. iur.* Ergo dominium vſucapione non acquirimus. *Reſpondetur* per inficiationem. Negatur enim, pluribus ex cauſis nos vſucapere, tametſi pluribus ex cauſis poſſideamus: vt ſi rem emi à Sempronio, & poſtea heres Sempronio exiſtam: eandem rem ex pluribus quidem cauſis poſſideo, pro emptore ſcilicet, quia emi; pro herede item, quia heres ſum
19 Sempronij: ſed tamen ideo ex pluribus cauſis non vſucapio: quoniam quod

quod meum est, ampliùs meum fieri non potest, *§. sic itaq. 14. infr. de actionibus.* Et titulus est causa possessionis, non vsucapionis: huius verò causa proxima & vnica, est possessio. Possessionis itaque multiplex titulus esse potest: & titulus est causa possessionis, *vt modò dictum:* at possessio est vnica causa vsucapionis. *Cuiac. ad l. 3. ff. de vsurp. & vsucap. Borcholt, part. 2. disputat. de vsucapionib. ad propesit. 4. & 5. pag. 166.*

Secundum argumentum est eiusmodi: Definitio euoluere & continere debet omnia substantialia rei definitæ, *arg. l. 1. §. dolum. ff. de dol. malo, & tradit Aristotel. lib. 6. Topicor. c.* 1. Sed vsucapionis definitio non omnia substantialia euoluit & continet. Ad vsucapionem enim necessarius est titulus, & bona fides, *vt apparet ex hoc principio, & l. nullo. 24. C. de rei vindicat.* & tamen eorum non fit mentio in definitione vsucapionis. Igitur definitio ista est vitiosa. *Respondendum:* In definitionibus non semper esse necesse, vt expressis 26

pressis verbis omnia substantialia rei definitæ membra ponantur: sed satis esse, si ea tacitè subintelligantur, quemadmodum exemplis aliquot declarauimus suprà *in princip. tit. de nupt. num. 44. & seqq.* Ad vsucapionem sanè requiritur titulus & bona fides: sed hæc tacitè sub definitione comprehenduntur. Nam cùm dicitur in definitione, vsucapionem esse adiectionem dominij, per continuationem possessionis: accipimus verbum possessionis cum effectu: videlicet de verâ, iustâ, legitimâ, perfectâque possessione, quæ & titulum habeat, hoc est, legitimam possidendi causam, & bonam fidem, vt qui possidet, credat se suo iure tanquam dominum possidere, *Wesenbec. in paratit. ff. de vsurp. & vsucap. num. 6. Mynsinger. hîc in rubr. num.* 11. *Bronchorst. cent. 2. miscellan. controuers. assert. 41. ad finem. Et vide eadem de re fusissimè disputantem Fuluium Constantin. ad rubr. huius tit. num. 19. & seq.*

1 Tertium argumentum: Usucapio non

non aufert alteri dominium, *l. nec vtilem. 20. ff. ex quib. caus. maiores, &c.* Ergo alteri quoque dominium non adiicit: sicque perperam definitur dominij adiectio vel adeptio. *Respondeo*; Papinianum ibi non dicere, vsucapionem non auferre dominium: sed affirmare, iniquissimum esse, auferre domino, quod vsus non abstulit. Usus ergo, hoc est, vsucapio non abstulit illic dominium vero domino: quia vsucapiens ab hostibus fuit captus, antequam vsucapio compleretur; atque ita vsucapio interrupta fuit, *vt constat ex l. proximè præcedente. 19. ff. d. tit.* ac ea propter quamuis reuersus fuerit ab hostibus, vsucapio ipsi non restituitur, nec etiam quasi vsucepisset, actio vtilis, id est, Publiciana datur, *§. sed istæ. 3. cum §. seq. infr. de actionib.* quæ vtilis dicitur, *in d. l. nec vtilem. 20. ff. ex quibus caus. maiores, &c.* Certè vsucapienti, cùm per vsucapionem dominus sit effectus, directa actio & vindicatio tribuitur. Ast in proposito exemplo neque directa ei vindicatio, ne-

que etiam vtilis, quasi vsucepisset, accommodatur. Et ita exaudiendum est quod *in d. l. nec vtilem. 20.* habetur. Nec enim hoc vult Papinianus, quòd aliâs ex vsucapione vtilis actio detur. *Borcholt. d. disp. de vsucap. ad proposit. 4. pag. 170.*

22 Quartum argumentum sumitur *ex l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. ff. de dam. infecto.* vbi disertè Ulpianus ait: dominium capi possidendo non posse. *Sed respondetur*, Ulpianum de tali casu loqui, quando quis ex primo decreto missus est in possessionem, de quo ibi pro subiecta materiâ agitur. Tum enim non statim dominium acquiritur. Siquidem ex primo decreto missus verè non possidet, sed est duntaxat in possessione, id est, custos est potiùs, quàm possessor; remque detinet & custodit, donec debitor tædio affectus ad iudicium veniat responsurus, *c. quoniam frequenter. 5. §. in aliis verò casibus. ext. vt lite non contestat. non proced. l. is, cui. 5. in princip. & §. qui legatorum. 22. ff. vt in possess. legator.*

Cæte-

Cæterùm missus in possessionem ex secundo decreto, verè possidet, *arg. l. 3. §. vlt. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. si duo. 3. §. creditores. 8. ff. vti possidet. d. l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. §. si quis autem. 20. cum seq. & §. posteaquam. 33. ff. de dam. infect.* proindeque rem vsucapit, si aduersarius non erat dominus: sin dominus erat, secundum decretum sine temporis interuallo missum dominum efficit, *l. 1. ff. de fundo dotali l. sed si res. 5. ff. commu. diuid. l. prætoris. 5. & d. l. si finita. 15. §. Iulianus. 16. ibiq; Gothofred. ff. de dam. infect. Bronchorst. cent. 3. ἐναντιοφανῶν. assert. 90. idq; latiùs explicui in tract. de processs. iudic. decad. 4. conclus. 7. & 9.*

Quintum argumentum peti solet 23 ex *l. præscriptio. 45. ff. de vsurpat. & vsucap.* ex qua euincitur, præscriptionem longæ possessionis ad acquisitionem nihil prodesse. Ergo falsum videtur, quod in definitione nostra dicitur, vsucapione acquiri dominium, mediante possessione. *Respondendum* est: *in d. l. 45,* duos casus, ex quibus non

procedit vsucapio, proponi. Primus est: si quis in littore, quod antea nullius fuit, ædificauit, & postea ædificium destruxit: non potest prohibere, quò minùs ibi alius aliquis, qui est primus occupans, ædificet: quia locus, in quo ædificium destructum stetit, in pristinam causam recidit. Alter casus est: si quis pluribus annis piscatus est, & dereliquit piscationem, & postmodùm quispiam alius piscationem derelictam apprehendit: iam primus, qui dereliquit piscationem, eum prohibere non potest, quò minùs piscetur: quoniam postquam primus ille piscationis iure vti desinit, locus ad causam redit publicam, & iterum occupanti cedit, *l. quod in littore.* 14. *ff. de acquir.*
24 *rer. dom.* Nec huic, quod modò dictum est, eum, qui primus piscatus est, prohibere alterum piscantem non posse, refragatur *l. si quisquam.* 7. *ff. de diuers. temporalib. præscript.* vbi expressis respondetur verbis: eum, qui in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus est, alterum eo-

dem

dem iure vti prohibere posse. *Nam* ibi longa piscandi possessio non fuit interrupta, sed continuò piscandi exercitium ab aliquo fuit vsurpatum: ideóque meritò alterum ibidem piscari volentem prohibere potest, *Cuiac. ad d. l. præscriptio. 45. ff. de vsurp. & vsucap. Olemannus ad disputat. Instit. 11. Giphanij. n. 10. Et hanc rem exposui fusiùs ad § flumina. 2. suprà de rer. diu. n. 4. & 5.*

Sextum argumentum ita habet: 25
Quod meum est, sine facto meo in alium transferri non potest, *l. id, quod nostrum. 11. ff. de reg. iur.* Et in omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex vtraque parte contrahentium, *l. in omnibus. 55. ff. de obligationib. & act.* Sed in vsucapione siue præscriptione nullum factum, & nullus affectus domini, transferendi dominij interuenit, *iuxta gloss. notabilem in l. 1. § fin. super verb. nisi in amittenda actione. ff. de dol. mal.* Ergo in vsucapione dominium ab eo, cõtra quẽ præscribitur, nõ transfertur in vsucapientem siue præscribẽtem: & con-

ſequenter vſucapio nō eſt adiectio dominij. *Reſpondemus* primùm, negando minorem propoſitionē. Quia vtiq; in vſucapione & præſcriptione affectus alienādi dominij interueniſſe fingitur, cùm quis tanto tēpore rem ſuam non proſequitur, ſed eā negligit, *l. alienat.* 28 *ff. de V.S.* Et iſthæc fictio æquipollet veritati efficaciâ & effectu, non formâ & eſsētiâ verâ, *per notata Felini ad rub. tit. ext. de præſcript. n. 9. & Balbi in tr. de præſcr. p. 1. q. 5. pr. n.* 3. Deinde ad maiorē reſpōdemus: quòd ea non procedat in ijs, quæ à lege, ſiue vi & poteſtate legis fiunt. Atqui vſucapionē lex introduxit
26 bono publico; ne ſc. dominia rerū diu in incerto maneāt; ſed vt ſecuritati poſſeſſorū cōſulatur, *l. 1. ff. de vſurp. & vſucap.* Et ſi. n, diutiſſimè quis rem poſſederat: tamen certus de iure ſuo eſſe nō poterat, quoad lex ciuilis per vſucapionē acquiſitioni dominij certū ſtatuiſſet modū. Unde rectè Neratius idcirco cōſtitutam eſſe vſucapionem aſſeruit, vt eſſet finis aliquis litium, *l. vlt. in pr. ff. pro ſuo.* Et rectè quoq; M. Tullius eam

finem

finem solicitudinis & periculi litiū vocauit, *in Orat. pro Cæcinna.* Namq; lite carere, pars vitæ beatæ mortalis non minima est, *auctore Martial. lib. Epigram. 10. Epigr. 47. quē refert, probatq; D. Obrecht. prædicta Disp. 26. th. 301.*

Septimum argumentum: Nemo locupletari debet cum alterius detrimento & iniuriâ, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. 206. ff. de reg. iur. c. locupletari. 48. eod. in 6.* At si per vsucapionem dominium adijcitur vsucapienti: tunc vsucapiens locupletatur cum alterius iacturâ & iniuriâ. Hoc igitur ne fiat, dicendum videtur, vsucapionem dominij adiectionem non esse. *Respondemus* primò: nos sanè concedere, vsucapientem locupletiorem reddi cum aliena iacturâ: sed hoc fit bono publico, ne rerum dominia diu, & ferè semper incerta essent, *d. l. 1. ff. de vsurp. & vsucap.* Et quod Reipublicæ bono est, hoc præ cæteris inspiciendum est, licèt priuato incommodum adferat. Utilitas quippe publica priuatæ semper est præferenda, 27 28

renda, *l. vtilitas. 4. C. de primipilo. l. vn.*
§. hæc autem omnia. C. de caduc. tollend.
Auth. res, quæ. C. communia de legat.
Et salus populi suprema lex esto, vt
præclarè scribit Cicero *lib. 2. de legib.*
Deinde negamus, & pernegamus; v-
sucapientem ditiorem effici cum alte-
29 rius iniuriâ. Cùm enim ius definiatur
ars boni & æqui, *l. 1. in princ. ff. de iust.*
& iur. Usucapio autem ius dicatur, *in*
l. bonæ fidei emptor. 48. §. 1. ff. de acquir.
rer. dom. quomodo eadem dici iniuria
poterit? Regula itaque (quæ vult, iure
naturæ æquum esse, neminem cum
damno & iniuria alienâ fieri locuple-
tiorem, *d. l. iure naturæ. 206. ff. de reg.*
iur.) non separatim, sed coniunctim
30 accipienda est. At verò axioma est
multis legum nostrarum locis insinua-
tum; coniunctionem ad sui veritatem
vtrumque requirere, *l. Fulcinius. 7. §. 2.*
ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. si heredi.
5. ff. de conditionibus. institut. l. si per a-
lium. 5. §. docere. 2 ff. ne quis eum, qui in
ius vocabitur, vi eximat. l. fraudis. 79.
ff. de reg. iur. & similibus. Sed & negare
possu-

possumus: locupletari cum alterius, videlicet prioris domini, iacturâ vsucapientem: tum quia damnum, quod quis sua culpâ sentit, non intelligitur sentire, *l. quod quis. 203. ff. d. tit.* Tum 31
quia rem pro derelicto habuisse videtur, qui tamdiu passus est, eam ab alio possideri: & res redijsse in pristinam communitatem reputatur, vt tanquam nullius, priùs occupanti concedatur, *arg. §. feræ. 12. vers. quod enim antè nullius. suprà de rer. diuis. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. de acquir. rer. dom.* Tum quia 32
indignus est priuilegio dominij, qui eo abutitur, *arg. §. 2. vers. sed & maior. supr. de his, qui sui, vel alieni iur. sunt, & l. 2. ff. eod.* Neque quisquam sani iudicij facilè affirmauerit, pœnam delinquentibus impositam, dici debere læsionem: quoniam eâ qui coërcetur, melior redditur, & eius exemplo plures, *l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœnis.* Otiosos autem, rerumque sua- 33
rum negligentes pœnâ dignos esse, in propatulo est. Neque iustior posset esse pœna, quàm vt ademptione rerum,

in quibus quis peccauit, plectatur: dignique insuper improbi, qui & suis priuentur, & egestate laborent, *l. bona fides. 31. in fine principij. ff. depositi.* Prætereà tantum abest, vt argumentum istud sententiam nostram impugnet, vt eandem etiam haud parùm confirmet. Siquidem potiùs is, qui post tempus lege præscriptum, sicque vsucapionem ritè impletam, rem peteret, possessorem detrimento siue iacturâ rei iam legitimè acquisitæ afficeret, *vt docet Arumæus Exercitat. Iustin. 6. ad th. 1. in fine.*

34 Octauum argumentum ita comparatum est: Tempus non est modus introducendæ vel tollendæ obligationis, *l. obligationum. 44. §. 1. vers. placet. ff. de obligationib. & actionib.* Sed vsucapio siue præscriptio fundatur in tempore. Usucapio enim rerum mobilium perficitur triennio; immobilium decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes; vel etiam triginta, quadraginta, pluribusúe annis, *hoc principio nostro. & tot. tit. C. de longi*

tempor. præſcript. & tot. tit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Ergo per vſucapionem adijci vel acquiri dominium non poſſe videtur. *Reſpondetur* ad aſſumptum: vſucapionem non in ſolo tempore fundari: ſed definiti temporis poſſeſſionem, cum iuſto titulo & bona fide coniunctam, nobis dominium tribuere, *per textum huius principij.*

Nonum argumentum deſumi po- 35
terit *ex can. fortè. 3. & can. neq. 7. cauſ. 14. q. 5.* ex quibus colligitur, quòd ad id, quod expediat, improbato modo via aperiri non debeat. *Verùm* dicendum eſt: hîc nihil improbatâ ratione fieri: ſed lege id, quod licebat, conſtitui. Separatæ namque quæſtiones ſunt: an quis ſine lege, & ſine iudicij ordine auferre poſſit ab alio, quod in bonos vſus eroget: & an negligentiam alicuius lex ex iuſta cauſa coërcere, & ſublatis litium, alijſque incommodis bonà fide poſſidenti ſecuritatem tribuere queat. Iſtud etenim facere, non eſt priuati: ſed illiuſmodi cogitatio ex callida Diaboli ſugge-

ſuggeſtione proficiſcitur, *monente D. Auguſtino in d. can. fortè. 14. q. 5.* Cæte-
36 rùm legis diuerſa cauſa eſt: cùm eius virtus & officium ſit; imperare, vetare, permittere, punire, *l. legis. 7. ff. de legibus, &c.* necnon præmiorum exhortatione bonos & Reipublicæ vtiles ciues facere; malos verò & languidiores, quàm par eſt, pœnis aut damnis coërcere, *l. 1. §. 1. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. ff. de legib. l. qui agros. 8. & l. locorum. 11. C. de omni agro deſerto, &c.* quam poteſtatem & iudici ex iuſta cauſa non denegari, euincitur *ex l. Imperator. 50. ff. ad ſenatuſconſult. Trebell. l. ſi, conſtante. 24. §. ſi maritus. 5. ff. ſolut. matrimon. l. ſi eo tempore. 6. C. de remiſſ. pignoris. & l. final. C. de bonis auctorit. iud. poſſidend.*

37 Decimum & vltimum argumentum ſic formari ſolet: Quicunque ſe impio & iniquo aliquo præſidio tuetur, is peccat, & in peccato manet; eò quòd malam fidem habet. Atqui is, qui vſucapit, ſe impio & iniquo præſidio tuetus: ſiquidem vſucapio impium &

um & iniquum siue improbum præsidium disertè vocatur à Justiniano *in Nouell. 9. circa medium.* Ergo qui vsucapit, peccat, & in peccato manet: & per consequens vsucapio, vtpote iniqua, vsucapienti dominium adijcere non debet. *Responsionibus* varijs aliorum omissis, hanc omnium conuenientissimam censemus, quam & suprà *ad § iuris præcepta. 3. num. 24. de iust. & iur.* attigimus, quâ dicitur: Nouellam istam de præscriptione, quæ cum mala fide procedit, esse accipiendam, vt innuunt illa proximè præcedentia verba, *iniquis hominibus. Idq; post Pinelum in auth. nisi tricennale. C. de bonis matern. numer. 40. fusiùs exponit Fuluius Constantinus hîc numer. 2. Ricciardus num. 93. & Roberus disput. 9. ad th. 1. in fine.* Planè vsucapionem cum naturali æquitate coniunctam esse, pluribus ostendunt *Donellus lib. 5. Commentarior. de iure ciuil. c. 30. & ibi Hilliger. in suis not. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciu. c. 13. num. 9. Jacob. Concenatius lib. 4. quæstion. iur. c. 21. Vasquius lib. 2. illustr.*

contro-

controuers. c. 52. Gilkenius in tract. de vsucapionib. part. 1. c. 1. alijq́; plures, ab ijs relati.

Differentiam vsucapionis & præscriptionis Interpretes vulgò hanc esse volunt: quòd vsucapio sit rerum mobilium, præscriptio rerum immobilium, *vt patet ex Accursio hic, Mynsingero numer. 4. Schneidewino num. 9. Klingio num. 16. & aliis. Balbo in tract. de præscriptionib. part. 1. principal. quæst. 3. & Gomezio in §. sed istæ. num. 8. infrà de actionib.* Verùm discrimen istud ex proprio cerebro, nullo firmo innixi fundamento, contra legum nostrarum auctoritatem confinxerunt. Quòd enim vtraque tam ad res immobiles, quàm mobiles referatur, ex infinitis propè iuris nostri locis apparet, *l. non solùm. 33. §. si dominus. & §. seq. l. furtum. 37. iunctis duab. ll. seqq. ff. de vsurpat. & vsucap. l. qui fundum. 7. §. seruus. & §. qui bona. ff. pro emptore & similibus.* Ne autem quispiam iure nouissimo differentiam isthanc sustineri posse existimet, refellit eam perspicuè

ſpicuè *l. vnic. C. de vſucap. transformand* vbi Juſtinianus ſemel atque iterum vſucapionem rebus immobilibus accommodauit; veluti ibi, *ſatis inutile eſt vſucapionem in Italicis quidem ſoli rebus admittere, &c.* & ibi, *ideo per præſentem legem & in Italicis ſoli rebus, &c.* item ibi, *minuitur autem vſucapionum, &c.* Accedit ad huius rei confirmationem *principium hoc noſtrum, & §. aliquando. 8. infrà hoc tit.* vbi tam immobiles, quàm mobiles res vſucapi dicuntur. Proindeque nullum res inter immobiles & mobiles, quoad vſucapionem, deprehenditur diſcrimen. *Duaren. ad tit. ff. de vſurp. & vſucap. c. 1. & 5. Ciſnerus ad l. 1. num. 21. & ſeqq. ff. hoc tit. Donell lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 4. pag. 337. D. Bocer. claſſ. 4. diſp. 19. th. 39. edit. 1. Forſter. lib 2. diſp. 9. th. 2. Arumæus Exercit. Juſtin. 6. th. 3. Borcholt. ad rubr. huius tit. num. 3. & 4. And. Gerhardi Decad. 6. ſub quæſt. 1. & Hackelman. illuſtr. quæſt. diſp. 20. th. 10. ad lit. C.*

Nec obſtat quicquam huic ſenten- 39
tiæ,

tiæ, quòd multis locis legimus, præſcriptionem longi temporis nominari duntaxat in rebus immobilibus, non ſolùm *ſub tit. C. de præſcript. long. tempor.* ſed etiam apud Iuriſconſultos, *vt l. ei, à quo. 21. ad finem. ff. de vſurp. & vſucap. l. qui alienam. 54. in princ. ff. de euictionib.* Quia non ideo & vſucapio rerum immobilium non erit. Traditur equidem, in rebus mobilibus vſucapionem locum habere, *l. 2. C. in quib. cauſ. ceſſat longi temporis præſcript.* Quis negat? ſed an propterea efficitur, eam non habere locum in rebus immobilibus? Quinimò & præſcriptio eſt rerum mobilium, *l. 3. l. reſcriptis. 9 ff. de diuerſ. temporalib. præſcriptionibus.* Quis verò dixerit, eandem non eſſe immobilium?

40 Similiter nihil aduerſatur §. *item vobis. 3. in fine. & §. ex his. 5. in fin. infra; per quas perſon. cuiq; acquiritur.* ibi cùm Iuſtinianus Imp. longi temporis præſcriptionem ab vſucapione diſcernat: ex eo plerique euinci poſſe putant, tacitum iſtud ſignificari inter vſucapio-

capionem & præſcriptionem diſcrimen. Cùm enim cætera, quæ olim diſcrimina fuerunt, ſublata ſint, *per d. l. vnic. C. de vſucap. transform.* & adhuc aliquod eſſe, *ex dictis modò §§.* eniteſcat: efficere conantur, Juſtinianum ad illud ſaltem diſcrimen reſpexiſſe. Hoc, *inquam*, nihil aduerſatur. Nam cùm nullo vnquam tempore in eo fuerit vſucapionis & præſcriptionis diſcrimen, *vt iam oſtendimus*: nemo nobis facilè perſuadebit, Imperatorem ad illud reſpectum habuiſſe. Veriùs igitur eſt: eum ſeparando vſucapionem à præſcriptione reſpexiſſe ad ius pandectarum: quo ſanè iure inter vſucapionem & præſcriptionem aliæ fuerunt differentiæ; non autem illa ab Interpretibus conficta. Jure Pandecta- 41
rum præſcriptio ſeu longi temporis poſſeſſio ſine titulo procedit, *l. ſi quis diuturno. 10. in princ. ff. ſi ſeruit. vindicet.* cùm tamen vſucapio titulum neceſſariò deſideraret, *l. Celſus. 27. ff. de vſurpat. & vſucap. l. nullo. 24. C. de rei vindicat. fuſiusq́ explicabitur infrà*

 num.

num.79. & seqq. Præterea longi temporis præscriptio seu possessio locum habet in rebus prouincialibus immobilibus, id est, tributarijs seu stipendiarijs prædijs, *l. cùm sponsus. 12. §. in vectigalibus. ibiq. Gothofred. ff. de public. in rem act. l. si finita. 15. §. sed in vectigali. 27. ff. de dam. infect.* vsucapione verò res istæ non acquiruntur, *d. l. cùm sponsus, 12. §. in vectigalib. ff. de public. in rem act. d. l. vnic. C. de vsucap. transformand.* Cæterùm plures differentias notabiles collegit *Cuiacius in l. sequitur. 4. §. vlt. ff. de vsurpat. & vsucap. & Wesenbecius ad rubric. huius tit.* Has autem differentias, vt & reliquas omnes, Justinianus Imp. sustulit, *d. l. vnic. C. de vsucap. transform.* Qua constitutione longi temporis præscriptio in vsucapionem est transformata: vt perinde ac vsucapio procedere debeat, & eodem iure metienda sit: quod ex verbis istius constitutionis vndique demonstratur. Ergo si quis hodie inter vsucapionem & præscriptionem quæ-
42 rat differentias: nullam inueniet aliam,
quàm

quàm quòd vsucapio propriè sit acquisitio: præscriptio verò sæpiùs exceptio, ex vsucapione proueniens, dicatur, *l. emptor. 9. Cod. de præscript. long. temp. d. l. vnic. C. de vsucap. transform. l. an vitium. 5. §. 1. l. creditor. 12. ff. de diuers. tempor. præscript. tot tit. C. de except. seu præscript. Donell. d. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. cap. 4. pag. 337. Petr. Gregor. in syntagm. iur. part. 3. lib. 40. c. 1. num. 9. Paul. Busius lib. 4. subtilitat. iur. c. 1. Fuluius Constantinus ad rubr. huius tit. num. 21.* Wegner. *disp. 6. ad Instit. th. 1. sub lit. D. Couarruu. in cap. possessor. part. 1. relect. §. vnic. num. 2. & seq. Alciat. in l. quinq. pedum 5. C. fin. regundor. num. 15. Brissonius & Schardius in suis lexicis, in verb. præscriptio, &c. Sed videatur Gilkenius in tract. de vsucapionib. part. 1. c. 2. num. 25. & seqq. vbi multis probat, præscriptionem non semper exceptionem, sed & acquisitionem, ac causam producentem illam exceptionem, & actionem vtilem designare.*

Diuiditur vsucapio siue præscriptio 43

non incommodè ab obiecto, in vsucapionem rerum mobilium, & immobilium: corporalium, & incorporalium. Usucapionem siquidem tam res immobiles, quàm mobiles propriè continere, iam suprà monstrauimus *ex l. non solùm. 33. §. si dominus. & § seq. ff. de vsurpat & vsucap. similibusq; præallegatis.* Vel diuidi poterit ratione formæ, in vsucapionem trium, & vsucapionem quatuor, decem, viginti, triginta, quadraginta, centum annorum, & temporis immemorialis, *arg. l. vnic. C. de vsucap. transform. tot. tit. C. de quadrienn. præscript. & tot. tit. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. D. Obrecht. disput. 26. de vsucapionibus. th 39. & seq. item disput. 27 th. 24. & seq. Schneidewin. hic sub rubr. de specieb præscriptionis. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 4. Wesenbec in paratit. ff. de vsurpat. & vsucap. num. 7. Atq; de istis vsucapionis speciebus pleniùs dicetur infrà num. 105. & seqq.*

44 His quasi principijs cognitis & intelle-

tellectis, ad textum huius principij explicandum nunc progrediemur: in quo tria hæc breuiter indicantur I. Origo siue causa efficiens vsucapionis. II. Eiusdem requisita. III. Comparatio iuris veteris & noui. Quod ad primum attinet: Interpretes plerique omnes originem vsucapionis iuri ciuili, hoc est, legi 12. tabular. adscribunt, *vt post AZonem in summa Cod. de vsucap. pro empt. circa princip. & Baldum in repetit. l. 1. colum. 3. circa med. C. de emancip. liber. notauit Franciſc. Balbus in tract. de præscript. part. 1. q. 4. Balduinus, Giphanius, Schneidewinus, Thadæus Piso, Borcholt. & alij in hoc princip.* Unde Tullius *pro Cæcin.* Fundus, inquit, à patre relinqui potest: at vsucapio fundi, hoc est, finis solicitudinis à periculo litium, non à patre relinquitur, sed à legibus. Idem *in Topic. & lib. 2. de legib. item lib. 1. offic.* vsucapionis ex 12. tabulis meminit. Cæterùm ex probatis auctoribus manifestum est; vsucapionem ante 12. tab. etiam Græcis non fuisse incognitam. Plato

namque *lib. 12. de legib.* & Isoc. *in Archidamo*, apertè testantur, vsucapionis apud Græcos magnum fuisse vsum. Platonis verba Græca latinum in sermonem eleganter transtulit Hotomanus *hîc enunciat. 3.* Ideoque haud ineptè quispiam dixerit: vsucapionem non simpliciter iuris ciuilis inuentum esse: sed illius originem Græcis esse accepto ferendam: renouationem verò & incrementum esse attribuendum Romanis. Hi enim vsucapionum iura renouârunt, in multis pleniùs explicarunt & emendârunt, *vt constat ex tot. tit. ff. de vsurp. & vsucap. cum titulis seqq. item ex tot. hoc nostro tit. & tit. C. de vsucap. transform. &c. & tradit D. Obrecht. d. disp. 26. de vsucapionib. th. 55. & aliquot seqq.*

45 Alterum quod concernit: ad vsucapionem quinque putantur necessaria, 1. Bona fides. 2. Iustus titulus. 3. Tempus legitimum. 4. Possessio. 5. Res apta seu non vitiosa. Quæ requisita, *iuxta Joannem de Platea & Schneidewinum hîc numer. 13*, his versiculis (vno at-

no atque altero verbo immutato)
comprehenduntur:

Justa fides, iustus titulus, res non vitiosa:

Quòd teneatur res, & tempus continuetur.

Primò igitur ad vsucapionem legitimam bona fides requiritur, *vt hîc initio, & l. si aliena. 10. l. Celsus. 27. ff. de vsurp. & vsucap. l. qui fundum. 7. § qui bona fide. 4. ff. pro emptore. l. bonæ fidei. 48. ff. de acquir. rer. dom. l. vnic. C. de vsucap. transform. &c.* Et meritò sanè. Neque enim vsucapio introducta est, vt homines ad delinquendum inducantur, eorumúe malitijs indulgeatur, contrectationesque rerum alienarum scienter factæ defendantur: sed ne is, qui ignorans, & ex bona fide alienæ rei possessionem ex iusta causa nactus erat, sub innocentiâ bonaque fide damnum incurreret, *Coras. ad l. seruitutes. 14. num. 32. ff. de seruitutib.* Sicut autem mala fides dicitur scientia vel notitia rei alienæ & iniustæ possessionis: ita bona fides dicitur rei alienæ seu 46 47

Iuris alieni ignorantia, *arg. can. si virgo. 5. caus. 34. q. 2. Schneidewin. hîc num.*
48 *14. & Vulteius num. 39.* Bonæ ergo fidei possessor est, qui rem alienam esse ignorauit: quia videlicet eum, à quo titulum assecutus est, vel à quo rem accepit, dominum existimabat, vel certè domini tutorem aut procuratorem, *l. si existimans. 48. (aliâs est l. 3. ff. pro soluto) ff. de vsurp. & vsucap. l. bonæ fidei. 109. ff. de verb. signif. l. quæcunque. 13. §. vlt. ff. de public. in rem act. Idque plenius explicatum est ad §. si quis à non domino. 35. supr. de rer. diuis. num 16. & sequent.*

49 Sed an bona fides in dubio præsumatur, quæri solet? Et eã semper in possessore, etiam nullum possidendi titulum habente, præsumi, nisi probetur contrarium, crebrius obtinuit, *arg. l. quotiens. 18. §. 1. & l. verius. 21. ff. de probationib. l. meritò. 51. ff. pro socio. l. 2. § si sub conditione. 2. ad finem. ff. pro emptore. Accurs. in l. si quis emptionis. 8. §. 1. in verbo, tenuerit. iuncto textu. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & in hoc princ. in verb.*

In verb. qui bona fide, &c. Bartol. in l. Celsus. 27. num. 17. ff. de vsurp. & vsucap. Alexand. consil. 201. colum. 2. lib. 2. Corn. consil. 130. lib. 1. Curtius iunior consil. 28. colum. 2. Curt. senior consil. 71. colum. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 5. Couarruu. in c. possessor. part. 2. §. 8. numer. 2. de reg. iur. in 6. Vasquius controuers. illustr. lib 2. c. 70. num. 2. & c. 79. num. 15. Tiraquell. in tract. de præscriptionib. §. 1. gloss. 2. vers. bona autem fides, &c. Mascard. in tract. de probat. vol. 1. conclus. 224. cum seqq. & infiniti ferè alij, ab his allegati. Nec huic receptissimæ traditioni obstat *l. vlt. C. vnde vi.* vbi Justinianus Imp. in hæc ver- 50
ba rescripsit : Omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. *Nam* textus iste procedit in eo, qui certò scit, rem occupatam suam non esse ; eamque veluti habitam pro derelicto retinere, sibique iure dominij habere cupit: quod Justinianus illic improbat, indicans, nihil vacuum præsumi, sed omnia potiùs præsumi, suos dominos

habere. At nostra sententia loquitur de eo, qui probabiliter credit, rem à se possessam esse suam, quantumuis titulo aliquo munitus non sit: vt quia aliquis fortè ei dixerit, fuisse maiorum suorum seu antecessoris sui, alióue modo ad ipsum spectare, *Couarruu. loco præallegato*, *Vasquius d. cap. 79. num. 15. & Mascardus d. conclus. 224. num. 14. & seq. vbi à communi illa opinione nunquam esse recedendum, consulit. Tametsi eam improbet Fachineus lib. 8. controuers. iur. c. 32. eiusq; assecla Hænonius disp. 6. controuers. 3.*

Enimuerò huic bonæ fidei præsumptioni locus relinquitur nullus, si possessori ante contractum denuntiatum fuisset à domino, ne emeret, *l. si fundum. 17. ibiq; pulchrè Sichardus. C.*
51 *de rei vindicat.* Constituit quippe hæc denuntiatio emptorem in mala fide præsumpta, cùm à vero domino fiat, *l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. ff. de petit. heredit.* Proinde secus erit si ab alio, qui ius denuntiandi non haberet, facta esset, *l. tutor. 47. in princ. vbi Bartol. &*

tol. & Gothofred ff. de minorib. 25. an. l. si maior. 13. C. de rescind. vendit. aut si denuntiandi ius habebat alterius nomine, non tamen proferebat mandatum, *l. si quis inficiatus. 13. ff. depositi.*
Neque enim quis illi credere tenetur, 52
qui alterius nomine agit, nisi quatenus de mandato fidem facit, *Clement. causam. 3. de electione, &c. Coras. ad d. l. seruitutes. 14. num. 34. ff. de seruitutib. Vide aliter hæc explicantem Pinelum in auth. nisi tricennale. C. de bon. matern. num. 16. & seq.*

Utrùm is, qui ab initio bonam fi- 53
dem habuit, & postea dubitare incepit, adhuc bonâ fide possideat, sicque vsucapionis absoluat cursum, apprimè controuersum est? Malâ eum fide possidere autumant, *Anton. de Butrio in c. vlt. ext. de præscript. Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 4. art. 4. q. 5. Fornerius & Gæddæus ad l. bonæ fidei. 109. num. 3. ff. de verb. signif. Arumæus Exercit. Iustin. 6. th. 5. & Forsterus iunior lib. 2. disp. 9. th. 5.* Contrà nec bonâ, nec malâ fide eum possidere, sed medio modo se habere,

bere ſtatuunt, *Couarruu. in d.c. poſſeſſor. part. 2. §. 7. num. 3. de reg. iur. in 6. Balbus in tract. de præſcriptionib. 2. par. tertiæ princip. q. 2. pag. 106. Franciſ. Sarmientus lib. 2. ſelectar. interpretat. c. 10. num. 5. Vaſquius d. lib. 2, illuſtr. controuerſ. c. 77. Hænonius d. diſput. 6. controuerſ. 7. Nigerdinus lib. 2. diſp. 3. th. 1. q. 5. & alij.* Hancque ſententiam & communiorem & veriorem eſſe iudicat Fachineus *lib. 1. controuerſ. iur. c. 65.* vbi haud inſcitè diſtinguit inter dubium practicum, cùm quiſpiam dubitat, an rem ſine peccato retinere poſſit; & ſpeculatiuum, cùm dubitat, an res ſit ſua, vel aliena, ſiue an auctor ſuus dominus fuerit. Illo dubio *(practico)* implicitus, malâ fide; hoc verò *(ſpeculatiuo)* inuolutus, bonâ fide poſſidere cenſetur. Siquidem huiuſmodi dubitans pro ignorante habetur, *l. fin. C. de condict. indeb. & l. fin. §. 2. ibi, ſin autem neſcius & dubitans, &c. C. de furt.* Neque quiſquam ferè bonæ fidei poſſeſſor inuenitur, cui non dubium eiuſcemodi ſuboriri aliquando & incidere poſſit.

poſſit. Fides enim illa, quâ rem ſuam 54
eſſe credit, non eſt ex ſcientiâ: cùm hæc ſit rerum neceſſariarum, quæ aliter ſe habere nequeunt, *auctore Aristotele lib. 1. poster. analyt. c. 27.* Rei autem falſæ, & eius, quod non eſt, nulla certitudo, nulla neceſſitas, nullaque ſcientia eſſe poteſt. Sed & ſciens non errat, nec fallitur: qua ratione eleganter ἀμετάπτωτος dicitur. Cæterùm errat bonæ fidei poſſeſſor, rem alienam pro ſua habens. Non igitur ſcit. Si non ſcit: 55
ergo opinatur. Atqui opinio ſemper (cùm ſit propoſitionis nullo certo argumento confirmatæ comprehenſio) cùm incertitudine ac infirmo aſſenſu coniuncta eſt: vnde γνῶσις illa ἀβέβαιος, id eſt, inſtabilis dici aſſolet, *Arist. d. lib. 1. poster. analyt. c. 27. ibiq; Vitus Müllerus in suis quæstionib. Atq; ita nouiter docuit Oswaldus Hilliger. in Donello enuclea. lib. 5. c. 17. lit. A.*

Sanè iure ciuili ſufficit, bonam fi- 56
dem initiò ſaltem, ſcilicet tempore traditionis, interueniſſe: quia ſuperuenientem rei alienæ ſcientiam quaſi tegit &

git & obuclat, *l. si is, qui.* 15. *§. penult. & vlt. l. iusto.* 44. *§. etsi possessionis. ff. de vsurpat. & vsucap. l. 2. in princ. ff. pro emptor. l. cùm heres.* 11. *ff. de diuers. & temporal. præscript. l. vnic. C. de vsucap. transform. §. diutina.* 12. *infrà hoc tit.* In emptione autem, vt res empta vsucapi possit ab emptore, tam conuentionis siue contractus, quàm traditionis tempore bonam fidem adesse oportet; *l. si existimans.* 3. *ff. pro solut. & ibi Wesenbec. in paratit. d. l. 2. in princ. ff. pro empt. l. sed & si res.* 7. *§. vlt. ff. de Public. in rem act. Matth. Stephani cent. 2. q. 32. lit. b. Stuck. part.* 1. *Exercit. Iustin. decad. 5. assert. 2. ad lit. B. Balb. in tract. de præscript. 2. part. tertiæ princ. q. 7. pag. 127. Giphan. disput. 11. ad Institut. thes. 16. & inibi Olemannus in suis not. num. 17.*

57 Neque huic aduersatur *l. si aliena.* 10. *in princ. ff. de vsurp. & vsucap.* quæ videtur velle, in emptione tempus duntaxat traditionis, non item conuentionis inspiciendum esse. *Nam* cùm ex alijs legibus, modò adductis, indu-

indubitatum efficiatur, tempus etiam conuentionis bonam fidem in emptione desiderare: eà *dicta l. si aliena.* recipienda est interpretatio, quæ vitio caret, sicque alijs legibus non repugnat, *l. in ambigua. 19. ff. de legib. l. in obscuris. 114. ff. de reg. iur. c. cùm expediat. 29. ext. de elect. in 6.* Ideoque hoc Ulpianum ibi sentire dicendum est: non tantùm emptionis seu conuentionis, sed etiam traditionis tempus spectari: *quod Accursio ibidem & Duareno cap. 2. prope finem placet, & Cuiacio verissimum videtur.* Jus ergo certum est: in emptione duplex tempus; emptionis & traditionis, ad bonam fidem quod attinet, spectari: in stipulationibus verò & alijs contractibus omnibus sufficere, si bona fides ab initio, tempore nimirum traditionis, interueniat, *d. l. si is, qui. 15. §. pen. & vlt. ff. de vsurp. & vsucap. cum similibus præallegatis.* Rationem diuersitatis 58
Cuiacius hanc reddit: quòd saluâ fide scientes rem alienam stipulari quidem, sed non emere possimus. Quam ratio-

rationem licèt & alij grauissimi Interpretes suis suffragijs comprobent, *Donellus lib. 5. Commentar. de iur. ciu. cap. 17. ibiq; Hilliger. in suis notat. ad lit. D. Joan. Gœddæus ad l. bonæ fidei. 109. num. 10. ff. de verb. signif. Portius hîc num. 12. & Fuluius Constantinus num. 15. hosq; referens Petrus Gilkenius in tract. de vsucap. part. 2. membr. 1. cap. 14. num. 7.* ego tamen illam minùs sufficientem esse, ingenuè profiteor. Cùm enim vterque, tam stipulator, quàm emptor hoc agat, vt rem alienam acquirat: non possum intelligere, si emptor ob scientiam rei alienæ iudicatur malæ fidei: cur non idem de stipulatore sit ferendum iudicium. Ita igitur statuo: neque emptorem, neque stipulatorem ex hoc ipso, quòd rem alienam esse
59 sciuerunt, malæ fidei præsumi. Rei namque alienæ emptionem & venditionem esse non minùs, quàm stipulationem, apparet *ex l. rem alienam. 28. ff. de contrah. empt.* Et potuit quoque emptor probabiliter sperare, venditorem rem istam acquisiturum esse.

Quòd

Quòd autem in ſtipulatione traditionis tempus ſufficiat, non æquè in emptione, hanc rationem eſſe puto: quòd vix, & ne vix quidem ſuſpicione doli carere poſſit, qui pretium dedit pro ea re, quam alienam eſſe ſciuit tempore contractus, & ante traditionem non diligentiùs inquiſiuit; prout facere ſolent aliâs omnes, qui rem aliquam non gratis, ſed pretio dato accipiunt. Aſt in ſtipulationibus, donationibus, & ſimilibus, quibus gratis res aliena nobis promittitur, non tam accuratè expiſcari & inueſtigare ſolemus, vtrùm res aliena fuerit, nécne: propterea quòd gratis rem accipimus. *Vide eadem de re Connanum lib. 3. Commentar. iuris ciuil. c. 13. num. 3. & 5. nec non Duarenum ad tit. ff. pro emptore.*

Etſi verò iure ciuili in præſcriptione 60
temporis longiſſimi, puta 30. vel 40. annorum, tempus nudum cum nudâ & ſimplici poſſeſſione coniunctum, etiam abſque bona fide, ſufficit, *l. ſicut 3. & l. ſeq. & l. ſi quis. 8. §. 1. in fine. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. vlt. in fin.*

C. vnde vi. & Nouell. 119. c. 7. in fine. communior tamen, veriorque Doctorum traditio est; omnes leges ciuiles, quæ præscriptionem cum mala fide inducunt, per dispositionem iuris Canonici (cui hac in materia, ob animæ periculum, omnino standum est) sublatas & correctas esse; siue pertineant ad actiones reales, siue personales: & siue agatur de foro interno, siue externo, *c. vlt. ext. de præscriptionib. vbi Imola, Felinus, Butrigarius, & cæteri. Anchoranus & Philip. Francus in c. possessor malæ fidei. 2. de regul. iur. in 6. Balbus in tractat. de præscriptionib. 2. part. tertiæ principal. q. 13. num. 1. Fachineus lib. 1. controuersiar. iur. cap. 63. Corasius ad d. l. seruitutes. 14. num. 33. ff. de seruit. Mynsinger. cent. 4. obs. 6. vbi hanc in sententiam non semel iudicatum esse in Camerâ, adstruit.*

61 At quid de præscriptione temporis immemorialis iudicandum? In ea (cùm vim habeat tituli, priuilegij, veritatis & iuris constituti, *l. 3. §. ductus. ff. de aq. quotid. & æstiu. c. super quibusdam.*

dam.26.§.præterea. vbi gloſſ. de verbor. ſig. & fuſiùs dicetur infrà n.85.) bonam fidem non eſſe neceſſariam ſuſpicantur *Decius ad l. traditionibus. 20. num. 12. C. de pact. conſil. 417. num. 5. & conſ. 638. num. 4. Salicetus ad l. 2. C. de ſeruitutib. & aq. Baldus conſil. 352. num. 3. lib. 1. Jaſon conſil. 209. lib. 2. Boerius deciſ. 39. num. 7. & ſi qui ſunt alij.* Sed rectiùs ſtatuitur; præſcriptionem quoque tanti temporis, cuius initij memoria non extat, nullum habere robur, nec iure procedere, ſi poſſeſſorem habuiſſe malam fidem conſtiterit, *per textum ad id præſtantem in d. c. vltim. ext. de præſcriptionib.* vbi Pontifex diſertè ait, nullam valere abſque bona fide præſcriptionem, tam canonicam, quàm ciuilem: *item,* oportere præſcribentem in nulla temporis parte habere conſcientiam rei alienæ. Idem confirmat textus *in c. vigilanti. 5. eod. tit. & in d. c. poſſeſſor. 2. de regul. iur. in 6.* Si ergo nullo vnquam tempore, vt ex verbis horum textuum fortiſſimè negantibus elucecſcit, malæ fidei poſſeſ-

ſor præſcribit: ne quidem immemoriale tempus ei proderit. *Atq; ita ſentiunt Gloſ. in c. 1. in fin ſuper verb. niſi. de præſcriptionib. in 6. & inibi Francus colum. vlt. Angel. Aretin. in §. furtiuæ. num. 1. infrà hoc tit. Zaſius conſil. 16. num. 51. lib. 2. Balbus d. part. 2. tertiæ princ. quæſt. 6. num. 20. Crauetta conſil. 146. Afflictus deciſ. 368. num. 10. Couarruu. in d. c. poſſeſſor. 2. de reg. iur. in 6. part. 2. relect. §. 8. num. 4. Guido Papæ conſil. 91. num 5. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 18. num. 7. Mynſinger. d. cent. 4. obſ. 6. Ant. Gabrielius lib. 5. commun. concluſ. tit. de præſcriptionib. concluſ. 1. num. 57. verſ. contrarium & num. 59. Fachineus lib. 8. controuerſiar. iur. c. 26. Hænon. diſp. 6. controuerſ. 10. Borcholt. in hoc princ. num. 13. Schurff. cent. 3. conſ. 20. & 52. Orlandus de Curte inter conſilia Calcanei conſil. 6. colum. penult. Koberus diſp. 9. th. 5. ad lit b. Gilken. d part. 2. membr. 2. c. 1. num. 6. Bertachinus in ſuo repertorio. verſ. præſcriptio quomodo cauſatur. Fernandus Vaſq. lib. 2. illuſtrinm controuerſiar. c. 81. num. 10. vbi hanc opinionem*

nionem vberiùs explicat, eamq́ longè veriorem esse, & receptiorem videri, pronunciat.

Cùm igitur in omnibus præscriptionibus bona fides necessaria sit: dispiciendum nunc est, vtrùm error iuris idem, quod bona fides efficiat, & vsucapionem absoluat. Ac sanè indubitatum est, certoq́ue certius; hunc iuris errorem, cui lex expresè resistit, ad vsucapionem nequaquam proficere, *l. vbi lex. 24. in princ. & l nunquam. 31. in princ. cum l seq. §. 1. ff. de vsurpat. & vsucap.* Huiusq́ue euidens est ratio: 62
quoniam qui contra iuris prohibitionem mercatur, is malam fidem habere præsumitur, *c. qui contra. 82. de reg. iur. in 6. l. quemadmodum. 7. in fine. C. de agricol. & censit. l. 1. C. de fide, & iure hastæ fiscal.* Unde infertur, errorem iuris resistentis impedire etiam longissimi temporis præscriptionem, *d. l. nunquam. 31. in princ ff. de vsurp. & vsucap. l. 4. & l. iuris ignorantia. 7. cum l. seq. ff. de iur. & facti ignorant. Felin. in c. de quarta. 4. num. 34. & seq. ext. de* 63

præscriptionib. Fachin. lib. 8. controuersiar. iur. c. 28. Hænon. d. disp. 6. controuers. 9. Ea siquidem licèt sine tituli in-
64 teruentu absolui possit, *d. l. sicut. 3. l. omnes. 4. l. cùm notissimi. 7. & d. l. si quis. 8. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. C. de annali except. d. c. de quarta. 4. & c. ad aures. 6. ext. de præscriptionib.* bonam tamen fidem necessariò exigit, *d. c. vigilanti. 5. & d. c. vlt. iam allegato tit. & d. c possessor. 2. de reg. iur. in 6. Sed vide, post alios, quos citat, aliter sentientem Petrum Gilkenium in tract. de vsucap. part. 2. memb. 1. c. 3. num. 8. & seqq. Vide item Hieronymum de Caeuallos in speculo aureo opinionum commun. contra commun. tom. 1. quæst. 8. vbi vtramq; in partem plures allegat.*

65 Quid autem, si error iuris sit (*vt Dd. nostri loquuntur*) nec adsistentis, nec resistentis? Et ne hunc quidem errorem ad præscriptionem aliquid prodesse crediderim, *per d. l. nunquam. 31. ff. de vsurpat. & vsucapionib.* cuius in principio hæc habentur verba: *Nunquam in vsucapionibus, iuris error posse-*

sesso-

ſeſſori prodeſt. Quibus verbis generaliſſimè conceptis perſpicuè ſignificatur, nullum penitùs iuris errorem ad vſucapionem valere. Hocque ipſum non obſcurè ratio iuris euincit. Abſurdum enim eſſet, ignorantiam iuris, 66
quod ſcire omnes tenentur, *l. leges ſacratiſſimæ. 9. C. de legib.* ignoranti lucroſam eſſe: cùm ſufficiat, à damno rei ſuæ amittendæ, ignorantem excuſari, *d. l. iuris ignorantia. 7. & l. ſeq. ff. de iur. & fact. ignorant.* Quod tamen pleri- 67
que cum hac limitatione accipiendum eſſe ſtatuunt: niſi error iuris maximè dubij & controuerſi fuerit admiſſus: iſtumque errorem præſcriptioni non afferre impedimentum, cenſent, *Antonius de Butr. Innocentius, Panormitan. Anton. Francus, Sebaſtianus Sapia, & alij in c. cùm dilectus. 8. ext. de conſuetud. Curt. iunior conſil. 28. num. 9. Ludouic. Roman. conſ. 123. incip. circa primum dubium. verſ. in caſu propoſito, &c. Barthol. Socinus conſil. 47. num. 11. vol. 2. Pinelus in l. 2. C. de reſcind. vend. part. 2. c. 4. num. 40.*

Anton. Capycius decis. Neapol. 69. num. 24. Couarruu. in d. c. possessor. part. 2. relect. §. 7. num. 9. Balbus in repetitione d. l. Celsus. 27. num. 17. ff. de vsurp. & vsucap. Cephalus cons. 177. num. 59. Mascard. volum. 2. de probationib. conclus. 639. num. 19. & alij, quos refert Gilkenius d. part. 2. memb. 1. c. 3. num. 2. Verùm hanc opinionem euertunt leges paulò antè adductæ: quæ generaliter indistinctèque sanciunt: errorem iuris nunquam in vsucapionibus prodesse. Neque obest, quod obijcitur, errorem iuris controuersi & perplexi bonam fidem parere: atque adeò vsucapiendi occasionem tribuere. Etenim vsucapionem introducit quidem, cæteris requisitis concurrentibus, bona fides: at non ea, quæ ex iuris errore proficiscitur, *d. l. nunquam. 31. & l. seq. §. 1. ff. de vsurpat. & vsucap. cum similibus*
68 *præallegatis*: sed illa, quæ ex errore facti alieni originem trahit, *l. bonæ fidei. 109. ff. de verb. significat. l. quod vulgò. 11. ff. pro emptore. l. vlt. in fin. ff. pro suo. d. l. 4. ff. de iuris & facti ignorant.* Ratio diuersi-

uersitatis hæc reddi poterit: quòd leges nullam omnino ignorantibus iura spem acquisitionis proponere voluerint, vt homines in iure, quod finitum est, cognoscendo & addiscendo eò vigilantiores essent. Idque vt fiat, summoperè necessarium est; vt eò feliciùs commodiusque vitæ societas propagari, & Reipublicæ status in flore & vigore suo conseruari possit. Quæ ratio in facti alieni ignoratione locum non habet. Haud enim leges ad factorum etiam scientiam (quæ plerunque ad nos nihil pertinent, & infinita sunt, atque ideo sciri non possunt, & prudentissimos quosque fallunt) nos astringere voluerunt, *l.2. & aliquot seqq. ff.d.tit.de iur. & facti ignorant.*

Quid porrò sentiendum, si facti error cum iuris errore mixtus fuerit: an hoc saltem casu vsucapio procedet, vt ita ex facti errore adiuuetur error iuris, qui per se nihil potest? Id sanè defendere nituntur *Felin.in d.c.de quarta.4. num.36. ext. de præscriptionib. Alberic. de Rosate, Raphael Cuman. & Bartol.* 69

in l. si vir. 3. argumento istius textus. ff. pro donato. vbi Pomponius; *Si vir,* inquit, *uxori, vel uxor viro donauerit: si aliena res donata fuerit: verum est, quod Trebatius putabat, si pauperior is, qui donasset, non fieret, usucapionem possidenti procedere.* Hac in specie error iuris fuit: quòd putauerint, donationem inter coniuges validam esse, *contra tit. ff. & C. de donationib. inter vir. & uxor.* facti autem; dum res aliena, pro propria donantis, in donationem venit: & tamen vsucapio procedit. Quo satis manifestè videtur demonstrari: iuris errorem cum facti errore coniunctum vsucapioni non obesse. Sed hoc licèt Bartolus, & alij ex ista lege colligant: veritati tamen magis consentaneum reor; hunc etiam iuris errorem, qui cum errore facti concurrit, vsucapioni creare impedimentum, *per textum in d. l. nunquam. 31. in princ. ff. de usurpat. & usucap.* vbi error iuris & facti coniunctus fuit; nec tamen vsucapioni locus relinquitur. Facti error fuit, quòd empta fuerit res aliena, quam

quam emptor pupilli esse credidit: iuris verò, quòd putauerit, rem pupilli sine tutoris auctoritate distrahi posse. Nec contraria est *d. l. si vir. 3. ff. pro donat.* Ibi enim circa contractum illum donationis error non interuenit: quandoquidem donatio rei alienæ facta est, quæ virum donantem non reddidit pauperiorem. Igitur donatio iure valuit: & sic contrahentes in genere tantùm errauerunt; putantes, donationem inter coniuges regulariter subsistere. Circa speciem autem istius contractus, *ut modò dictum*, nullus error fuit commissus, sicque optimo iure vsucapio procedere potuit. *Qua de re videantur Didacus Couarruu. in d. c. possessor part. 2. relect. § 7 num. ult. de reg. iur. lib. 6. Ant. Faber lib. 7. coniectur. iur. ciu. c. 13. Vasquius lib. 2. illustr. controuersiar. c. 79. num. 3. & 4. Gilkenius d. part. 2. membr. 1. c. 3. num. 46. aliiq; per eos relati.* 70

Hactenus intelleximus: iuris errorem ad vsucapionem nihil omnino prodesse: sed bonam fidem, ex errore

facti

facti alieni prouenientem desiderari. Quid ergo, si vsucapione siue præscriptione bonâ fide completà, is, qui legitimè præscripsit, rem fuisse alienam cognouerit: num eam in foro conscientiæ veteri domino restituere tenebitur? Non teneri multiplex suadet
72 ratio. Tum quia lex iusta etiam in foro conscientiæ seu iudicio animæ (*uti loquuntur*) vim obtinet & seruari debet: cùm obtemperandum sit magistratui eiusque legibus, non solùm propter iram, sed & propter conscientiam, *monitore D. Paulo ad Roman. 13. v. 5.* Justissimam autem legem esse, quæ vsucapionem, & per hanc dominij translationem introduxit, liquet *ex l. 1. ff. de usurp. & usucap. & illis, quæ notata*
73 *sunt suprà num. 17. & seqq.* Tum quia si iustè possidet, qui auctore prætore possidet, *l. iustè. 11. ff. de acquir. vel amitt. poss.* multò maiore iustitiâ nititur, qui auctoritate legis possidet. Hæc quippe rerum omnium domina est & regina: easque cui, & quando vult, rectè aufert & attribuit, *l. 2. ff. de legibus.*

Tum

Tum quia non poteſt dici in mala fide 74
eſſe, cui iam completâ ritè pręſcriptio-
ne ſuperuenit rei alienæ ſcientia. Malam
namque fidem eſſe ſcientiam rei
alienæ, traditum eſt *suprà num. 47.* Atqui
res præſcripta non poteſt ampliùs
dici aliena, poſtquam eſt præſcripta;
ſed cenſetur propria præſcribentis.
Haud enim alienum eſt, quod iure
poſſidetur, inquit Auguſtinus *in can.
quid dicam. 11. circa finem. cauſ. 14. q. 4.*
Tum denique quia reſtitutio, quam 75
quis in conſcientia facere tenetur, inde
prouenit; quòd res alienas, vel alij debitas
ſine peccato detinere non poſſumus,
*c. peccatum. 4. de reg. iur. lib. 6. c. filius
noſter 5. ext. de teſtament.* Quod 76
legi diuinæ apprimè congruit, quæ
furtum facere; & rem alienam concupiſcere
prohibet, *Exod. 20. v. 15. & 17.*
Sed rem legitimè vſucaptam non ampliùs
eſſe alienam, modò oſtenſum
eſt. Ergo nulla ratione antiquo domino
eam reſtituere vſucaptor obnoxius
eſt; tametſi illam fuiſſe alienam, poſt
completam vſucapionem reſciuerit.

Non

77 Non huic obstat sententiæ trita regula: quòd actus vitietur, cùm peruenit eum ad casum; à quo incipere non potest, *l. existimo. 98 in fine principij. ff. de verb. obligat. l. pro parte. 11. ff de seruitutib. l. qui in eum. 16. ff. ad leg. Aquil. l. 3. in fin. ff. de his, quæ pro non scriptis habent.* Nam regula illa officium suum perdit, quando actus iam est perfectus & consummatus. Tunc enim impedimentum superueniens non vitiat, neque nocet, *arg. l. pluribus. 140. §. etsi placeat. ibiq; Bartol. ff. de verb. obligat. Dynus in c. factum legitimè. 73. num. 7. & 8. de reg. iur. in 6. & enucleatiùs expositum in princ. tit. infrà de hereditat. quæ ab intestat. defer. numer. 191. & 246.*

78 Similiter nihil resistit peruulgata regula: quòd cessante causa necessariâ vel finali; cessare debeat etiam effectus, *c. cùm cessante. 60. ext. de appellat. c. cùm infirmitas. 13. ext. de pœnit. & remiss. l. adigere. 6. § quamuis. ff. de iure patronat. l. ex facto. 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substitut.* Ea siquidem pro-

procedit ante effectum consummatum: secus, si effectus consummationem suam iam esset sortitus. Tunc etenim licèt cesset causa: non tamen cessat effectus, *arg. l. qui res. 98. §. aream. 8. ff. de solutionib. l. sancimus. 25. ibi, non enim debet, quod ritè & secundùm leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari. C. de administrat. tutor. d. c. factum legitimè. 73 de reg. iur. in 6. Tiraquell. in tract. cessante caus. cessat effectus. limitat. 12. & Adrian. Gylman. tom. 2 symphoremat. supplication. part. 1. vot. 21. num. 39.* Ergo & in nostro casu mala fides post completam præscriptionem superueniens obesse non debet *Atq; ita docuerunt Gloss. & Panormitanus in c. vigilanti 5. ext. de præscr. Balb. in tr. de præscr. 2. p. 3. principal. q. 9. n. 3 & 4. Sarmiēt. lib 2 select. interpret. c. 10. num. 2 & seqq. Tiraquell. de præscript. §. 1. gloss 2. Schneidewin. hic nu. 18. Couarruu. in c. possessor malæ fidei. part. 3. relect. §. 2 Fachineus lib. 1. controuers. iur. c. 64. D. Obrecht. disp. 26. th. 328. & seqq. Bronchorst. cent. 4. assert. 7.*

Aru-

Arumæus Exercit. Justin. 6. th. 7. Hænon. disp. 6. controuers. 11. Matth. Stephan. cent. 2. q. 39. & Nigerdin. lib. 2. disp. 3. q. 12. De eadem re consule Vulteium hic num. 40. ad finem. & Connanum lib. 3. Commentar. iur. ciu. c. 13. num. 9. circa finem. & Gilkenium in tr. de usucapionib. part. 2. memb. 2. c. 8. ubi num. 1. & 12. utriusq; opinionis auctores recitat, & tandem num. 18. Connani distinctionem approbat.

79 Secundò ad vsucapionem requiritur titulus, *ut hîc in verb. rem emerit, &c. l. Celsus. 27. ff. de usurp. & usucap. l. nullo. 24. C. de rei vindicat. l. seruum. 22. C. famil. ercisc. l. ult. C. ne de stat. defunctor. l. unic. ibi, ut in omnibus iusto titulo. C. de usucap. transformand. l. diutina. 4. C. de præscript. longi tem-*
80 *por.* Tituli variam esse significationem notum est *ex lexicis Brissonij & Schardij in verb. titulus, &c. & glossa in l. non est ambiguum. 9. C. famil. ercisc.* Aliâs enim designat tractatum, siue materiæ, quæ tractatur, inscriptionem, *l. 1. ff. de reb. credit. si cert. petetur. l. 1. ff. de in in-*

in integr. restitutionib. l. 2. §. ult. ff. de interdict. l. 1. § de qua autem. 10. ff. de postuland. vel edicti caput, *l. 1. in princ. ff de collat. bon. l. pronuntiatio. 195. §. seruitutium. ff. de verb. signif.* Aliâs gradus, dignitates & imperia magistratuum significat, *l. 1. & 2. C. ut nemo priuatus titulos, &c. Nouell. 17. c. 15. & Nouell. 164. c. 1.* Aliquando denotat colorem, siue prætextum, quo quispiam excusatur, *l. si quis tutor, 60. §. quid ergò. 4. ff. de ritu nuptiar.* Nonnunquam etiam titulus iustam causam possessionis, seu ius, quo aliquid possidetur, demonstrat, *ut hîc in verb. iustâ causâ acceperit l. si quis diuturno. 10. in princ. ff. si seruit. vindicet. l. 1. ff. pro soluto l. 1. in pr. ff. pro dote, l. 3. § genera. 21. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. nec ullam. 13. §. 1. ff. de heredit at. petit.* Etenim interrogatus, cur aliquid & quomodo possideas, titulum seu causam possessionis legitimam profers: quia eam emisti: quia Titius eam tibi donauit, vel legauit, &c. Extant quippe tales, & alij multi in iure nostro tituli iusti, & ad 81

 trans-

transferendum dominium idonei: pro emptore, pro donato, pro soluto, pro dote, pro herede, pro legato, pro derelicto, & similes, quibus causæ acquisitæ possessionis indicantur, *l. non solùm.33.§.1.ff.de usurp.& usucap.l.2.§.1.ff.pro herede.d.l.3.§.genera.21.ff. de acquir. vel amitt. possess.* Deficiente itaque iusto seu legitimo titulo, deficit iusta possessio: deficiente iustâ possessione, deficit vsucapio: quia etsi possessio sit facti; non tamen propterea debet esse à iure remota: quod fieret, si sine titulo poneretur, *ut docet Vulteius hic num. 38.* Sed & hæc ratio reddi solet, cur vsucapio, non præcedente iusto titulo, procedere haud possit: quia iniustum legislatoribus visum est; licere ex omni causa vnicuique pro captu suo, insatiabilique affectu possessionem asserere, & sic rem alienam vsucapere. Si enim nuda traditio, etiam à vero domino facta, dominium non transfert: sed iustam aliquam causam præcedere oportet, *l nunquam nudà. 31. in princ. ff. de acquir. rer. domin.* nec qui-

quidem habita fortuitò possessio conditionem vsucapiendi, quâ tandem dominium nanciscimur, transferre debet, *l. clauibus.74.ff. de contrah. empt. Coras. ad l. seruitutes. 14.ff. de seruitutib. num.30.*

Quanquam autem in vsucapione triennali, & præscriptione longi temporis, decem scilicet annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, titulus est necessarius, *hoc principio nostro. & d.l. nullo. 24. C. de rei vindicat. d.l. diutina. 4. & l. super longi. 11. C. de præscript. longi tempor. d.l. unic. §. cùm autem. C. de usucap. transform. & concordantib. Gilken. in tract. de usucapionib. part.2. membr.1.c.1 num.5. Fachin. lib. 8. controuersiar. iur. c.30. ubi Vasquium lib.2. illustr. controuers. c.61 cum seqq. arbitrantem, ex diutina possessione titulum præsumendum esse, refutat:* attamen in præscriptione temporis longissimi, triginta videlicet, vel 40. annorum, solum temporis longissimi curriculum omnia priuata & publica iura perimere, adeoque ad vsucapio- 83

 nem

nem absque tituli adminiculo sufficere, constat *ex l 3 & 4. C de praescript. 30. vel 40. annor. & alijs superiùs allegatis. num. 60. & uberiùs explicant Balbus in tract. de praescript. 2. part. 3. principal. quaest. 6. num. 2. cum seqq. & in repetitione d. l. Celsus. 27. num. 4 ff. de usurpat. & usucap Schneidewinus hîc num. 42. & Heigius num. 28. necnon Couarruu. in c. possessor. part. 2. relect. §. 5. num. 2. vers. secunda conclusio, &c. de reg. iur. lib. 6. & Gilkenius d. part. 2. memb. 1. c.*

84 11. Planè in praescriptione temporis, memoriam hominum excedentis, titulum non requiri, extra omnem con-
85 trouersiam positum videtur. Tum quia tempus illud vim priuilegij & concessionis habet, etiam in ijs, quae Principi sunt reseruata, *c. super quibusdam 26. § praeterea de verb. significat. Bellon. consil. 55. num. 5. Eman Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. P. num. 223.* Tum quia vicem legis obtinet, *l. 1. §. ult & l. 2 in princ ff de aqua, & aquae pluu arcend.* Tum quia loco tituli, legitimè acquisiti, habetur, *l. 3. §. ductus. ff. de*

ff. de aq. quotid. & æstiu. Mynsing. cent. 1. obseruat. 30. Borcholt. in explicatione c. unic. quæ sunt regalia. num. 17. in usib. feudor. Vulteius hîc num. 38. in fin. & lib. 1. Jurisprud. Rom. c 71. num. 46.

Ast hoc non omnis contentionis 86
expers est: utrùm temporis immemorialis præscriptio corruat, si de titulo vitioso atque iniusto appareat? Vasquius equidem *d. lib. 2. c.* 81. *num.* 11. *& seq. post alios, quos refert*, opinatur: præscriptionem temporis immemorialis non cessare aut vires suas amittere, etiamsi de titulo inualido & illegitimo constet. Sed contrarium, inspecto iure Canonico, verius iudicant illi, quos enumerat Mascardus *in tract. de probationib. vol. 3. conclus.* 1371. *num.* 38. *63. & seq.* Quibus nouiter non sine ratione accedunt *Fachineus d. libr. 8. controuers. iur. c.* 33. *& Hænonius disput. 6. controuers. 2.* Siquidem titulus vitio- 87
sus & iniustus malam fidem inducit; quæ omnem omnino præscriptionem impedit, *c. ult. ext de præscriptionib. & copiosiùs demonstratum suprà num. 60.*

88 Et quamuis maxima ſit præſumptio pro eo, qui tanto temporis ſpacio poſſedit: veritati tamen eam cedere oportet, *can. veritate. 4. cum ſequentib. Diſtinct.* 8.

89 Nec remoratur hanc ſententiam; quòd bona fides, etiam ex ſtulta & iniuſtâ cauſa orta, ſufficiat, *arg. l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. de liberali cauſ.* Bona namque fides, ex errore facti procedens, ad vſucapionem ſufficit: ex errore iuris deſcendens, nequaquam: quia iuris error acquirere volentibus nunquam prodeſt, *l. 4. ff. de iur. & fact. ignorant. l. nunquam. 31. ff. de uſurpat. & uſucap. & declaratum latiùs ſuprà num. 62. & ſeq.* Præterea *in d. l. igitur. §. 3. ff. de liberal. cauſ.* non dicitur, bonam fidem ex iniuſtis cauſis oriri: ſed hoc tantùm traditur; eum, qui ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis rationibus ductus putauit, ſe liberum eſſe, & in libertate moratus eſt, à dolo excuſari: quod ad propoſitam præſcriptionis materiam accommodari non poteſt.

Nihil item obſtat, quód præſcriptio tem-

temporis, cuius initij non extat memoria, nullum titulum deſideret, *ut paulò antè oſtenſum num.* 84. ac pro- 90
pterea licèt titulus adſit, ſed minùs idoneus, nil prçſcriptioni obeſſe poſſit, *arg. l. unic. in princ. C. de rei uxoriæ act.* vbi inutilis dotis ſtipulatio pro vtili habetur. *Nam* conſequentia negatur: quandoquidem titulus illegitimus & vitioſus malam fidem inducit, *ut ſuprà dictum.* Malam autem fidem præſcriptionem impedire, ex prædictis notiſſimum eſt. Aliud eſt in ſtipulatione dotis inutiliter adiectâ: quia iſta vitiatur, & non vitiat, hoc eſt, tacitam illam à lege inductam ſtipulationem non infringit aut retardat. Sic nonnunquam contingit, vt quædam nominatim expreſſa officiant; quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura, *reſpondente Modeſtino in l. nonnunquam.* 52. *ff. de condit. & demonſtrat.* Titulus ergo iniuſtus cùm malæ fidei ſit argumentum, nocet. Cæterùm ſi nullus prorſus adſit titulus: temporis longiſſimi & immemorialis præ-

ſcriptio procedit: quoniam mala fides non apparet. *Sed vide plenius hæc explicantem Fachineum loco præallegato.*

91 Porrò in vſucapione ſeruitutum titulo opus non eſſe, probabilius multis videtur, *Cuiacio ad l. 4. §. libertatem. ff. de uſurpat. & uſucap. Donello libr. 11. Commentar. de iur. ciu. c. 12. Hieronymo de Cauallos in ſpecul. aur. opin. commun. cont. commun. q. 47. Bronchorſt. cent. 1. ἐναντιοφανῶν. aſſert. 93. edit. 2. & aliis, per textum in l. ſi quis diuturno. 10. ff. ſi ſeruit. vindicet*, vbi Ulpianus, *Si quis diuturno*, inquit, *uſu, & longâ quaſi poſſeſſione, ius aquæ ducendæ nactus ſit: non eſt ei neceſſe docere de iure, quo aqua conſtituta eſt*. Quod *ius* ſtatim interpretatur titulum: dum ſubijcit, *veluti ex legato, vel alio modo*. Legatum enim vſucapiendi titulum eſſe patet *ex tot. tit. ff pro legato*. Idem colligitur *ex l. 1. § ult. & l. fin. ff. de aqua, &*
92 *aquæ pluu. arc.* Huiuſque opinationis ratio hæc aſſignari ſolet: quia in præſcriptione iurium incorporalium requiri-

quiritur taciturnitas & patientia aduersarij, quę loco tituli habetur, *l. si à te emere. 16. ff. si seruit. vind. l. ult. ff. de seruitutib. & l. 2. C. eod. Hænon. d. disput. 6. controuers. 6. Vide Gilkenium in tract. de usucap. part. 2. memb. 1. c. 10.* Et huc referenda sunt, quæ diximus copiosiùs *ad §. ult. suprà tit. de seruit. prædior. n. 14. & seq.*

Ecquid is, qui ignorat, se titulum habere, ad præscribendum necessarium, rectè præscribat, non vsquequaque expeditum est? Nam negant id 99
Baldus & Salicetus in l. 1. *Cod. per quas person. nobis acquirit. Felin. in c. illud.* 8. *colum.* 1. *ext. de præscriptionib. & alij nonnulli:* affirmant verò *Bartolus, Angelus, & Joannes de Imola in l. 2. § si sub conditione. 2. ff. de usucap. pro emptore. Vasquius d. lib. 2. controuers. illustr. c. 69. hosq́ laudans Fachineus d. lib. 8. controuers. iur. c.* 31. Et certè non sine firmo iuris fundamenro affirmant. Etenim *in d. l. 2. §. 2. circa finem.* perspicuè respondetur; eum vsucapere posse, qui titulum suæ possessionis

ignorat: siquidem heres ibi defunctum emisse nesciebat. Is quoque, qui sub conditione emerat, conditionem extitisse ignorabat: & ideo similis erat illi, qui non putabat, se emisse: & tamen isti omnes vsucapere possunt:
94 quia potiùs veritas atque substantia rei intuenda est, quàm opinio possessoris, *ut ibidem indicatur*.

95 Neque huic reclamat assertioni *l. possessio. 49. §. et si possessio. ff. de acquir. vel amitt. possess. & l. 1. C. de acquir. & retinenda poss.* quibus in locis scribitur, vsucapionis conditionem scienti cōpetere. *Haud* enim negatur in his legibus; eum vsucapere posse, qui titulum possessionis ignorat: sed hoc tantùm, negatur, eum posse vsucapere, qui possessionem ipsam sibi quæsitam ignorat. Nam tametsi possessio ignoranti acquiritur: vsucapio tamen ignoranti se possidere non conceditur. Cur ita? quia is, qui se possidere ignorat, bonâ fide caret; hoc est, non credit, eum dominum esse, qui tradidit. Nescit quippe, sibi possessionem esse ac-

quisi-

quisitam. At si possessionem sibi quæsitam non ignoret, licèt possessionis suæ ignoret titulum, nihilominùs vsucapere potest, *d.l.2.§.2.ff.de usucap.pro emptore. Fachin. dicto loco. Videatur quoque Gilkenius d.part.2, membr.1. cap.13.*

Non vsque adeò inconuenienter & illud in quæstionem hoc loco vocatur: num sui heredes rem alienam, in hereditate paterna inuentă, titulo pro herede vsucapere valeant? Et quamuis negatiuam tueri conentur *Accursius, Bartolus, Alexander, & alij communiter ad l.2.§.filium.ff.pro herede. Couarruu.in c.possessor.2 part.relect.§.5. de reg.iur.in 6. Andr.Gerhard.decad.6.q.2.Donell.lib.5. Comment.de iure ciu.c.14.pag.369. Hunnius disput.6.th.20.& Foman.disp.12.th.6.ad lit.E.* contrariam tamen aientem sententiam veriorem esse iudico. Primò enim generaliter definitum est: eum, qui testamenti factionem habet, id est, qui in testamento heres institui potest, pro herede vsucapere posse, *l.ult.ff.pro herede.* 96 97

rede. At quin ſui heredes inſtitui poſſint, non dubium eſt, *initio & tot. tit. infrà de exheredat liberor.* Deinde titulus pro herede generalis eſt, & in omnibus heredibus obtinet, *tot. tit. ff. pro herede.* Ergo & in ſuis, qui domeſtici, ſicque veri & proprij heredes ſunt, *§. ſui autem. 2 verſ. ſed ſui quidem. infr. de hered. qual. & diff.* obtinebit, *arg. l. de pretio. 8. ff. de Public. in rem act.*
98 Præterea ſuitas in fauorem filij introducta, in odium & detrimentum eius conuerti non debet, *l. quod fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61. de reg.*
99 *iur. in 6.* Denique non obſcuri iuris eſt, quòd ſuus heres poſſeſſionem demum poſt mortem patris per apprehenſionem conſequatur, *l. cùm heredes. 23. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. & explicatiùs docui ad §. ſui autem heredes. 3. infrà de hereditat. quæ ab inteſt. deferunt. num. 6. & ſeqq.* eique nulla vſucapio ex perſona patris, ſed ex perſona duntaxat ſuâ competere poſſit, *arg. l. ſine poſſeſſione. 25. ff. de uſurpat. & uſucap.*

Huic

Huic traditioni nihil quicquam de- 100
rogat *d. l. 2. §. 1. vers. filium. ff. pro herede.* vbi Seruius negauit, filium donatam rem à patre vſucapere pro herede. *Meritò* enim vſucapio ex titulo pro herede locum non habet in re filio donatâ: quoniam eam filius viuo patre poſſidet ex titulo ſiue cauſa donationis. Et licèt donatio non ſubſiſtat: tamen naturalem transfert poſſeſſionem, ſicut cùm vir vxori donat, *l. 1. §. ſi vir uxori 4. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Proindeque filius non poteſt rem ſibi donatam ex alia cauſa, nempe titulo pro herede poſſidere; & conſequenter nec pro herede vſucapere. Ne- 101
mo quippe ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare poteſt, *d. l. 2. §. 1. ff. pro herede. l. 3. § illud quoq; 19 ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. non ſolùm. 33. §. 1. ff. de uſurp. & uſucap. l. ad probationem. 23. C. de locato.* Quinimò ille ipſe textus *in d. l. 2. §. 1. ff. pro herede.* ſi penſiculatiùs conſideretur, magis confirmat, quàm euertit noſtram ſententiam. Siquidem ſi filius non poſſet vſucapere pro

pro herede: nulla erat ratio, cur quæreretur, an in specie istius legis vsucapere posset: in qua illud obstabat, quòd filius possessionem ex alia causa, quàm pro herede, nactus esset.

102 Similiter non obsistit *l. 2. C. de usucap. pro herede.* vbi rescriptum est: nihil pro herede vsucapi posse, suis heredibus existentibus. *Quandoquidem* non hic sensus legis illius est: suos heredes non vsucapere posse pro herede: sed potiùs hoc volũt ibi Impp. suis heredibus existentibus, nihil pro herede vsucapi posse, non quidem à filio, sed ab extraneo; qui contra filios, eosdemque suos heredes, rem hereditariam pro herede vsucapere desiderat. Hac interpretatione, quæ verbis maximè consentanea est, admissâ: istius legis decisio ad filium, pro herede vsucapere volentem, nihil pertinet: *ut explanatiùs diximus ad d. §. 3. num. 18. & sequent. infr. de heredit. quæ ab intestat. deferunt.*

103 Rursus nihil aduersatur, quòd vsucapio sit dominij adiectio siue ade-

ptio.

ptio, *l.3. ff. de usurp. & usucap. & expositum suprà ad principium huius tit. num.6.* ad quam requiratur titulus, per quem dominium transferatur, *hoc §. & d.l. Celsus. 27. ff. de usurpat. & usucap. cum concordantibus.* Filius autem, cùm patri succedit, non habeat titulum pro herede, quo nouè dominium acquirat: siquidem iam pridem dominus fuerit, *l. in suis. 11. ff. de liberis & posthum. & d. § sui autem. 3. infr. de heredit. quæ ab intest. defer.* vbi traditur, statim morte parentis dominium rerũ hereditariarum in suos heredes continuari. Hoc, *inquam*, nihil aduersatur. 104
Nam argumentũ non procedit à continuatione dominij ad vsucapionem: cùm in hac spectetur continuatio possessionis; quam filium non nisi post mortem patris per apprehensionem consequi, patescit *ex dict. l. cùm heredes. 23. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Quibus ita expositis, verissima relinquitur conclusio: æquè suos, atque alios heredes, titulo pro herede vsucapere

pere posse. Eiq; non inuiti subscripserunt *Viglius in d. §. sui autem. num. 4. infr. de hered. qual. & differ. Pinelus ad rubr. C. de bon. matern. part. 2. nu. 40. & seq. Connan. lib. 10. Commentar. iur. ciu. c. 5. num. 7. Duaren. ad tit. ff. de liber. & posthum. c. 3. §. moribus nostris, &c. Forcatul. Necyomantiæ Dialog. 36. numer. 5. Vaud. lib. 1. quæst. 4. Fachineus lib. 6. controuers. iur. cap. 11. D. Collega Bocer. class. 4. disp. 19. th. 21. edit. 1. Arumæus exercit. Justin. 6. th. 8. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 5. lit. H. Hœnon. disp. 6. controuers. 5. Gilkenius in tr. de usucap. p. 2. memb. 1. c. 16. Matth. Stephani cent. 2. q. 37. Roberus disp. 9. th. 9. & alij, ab istis allegati.*

105 Tertiò ad vsucapionem requiritur *tempus legitimum*. Et olim quidem lege XII. tabb. in vsucapione rei mobilis, anni spacium; rei verò immobilis biennium, in solo duntaxat Italico, fuit præscriptum, *ut liquet ex hoc principio*. At iure nouo, auctis iam passim diuitijs, ne domini maturiùs, quàm par esset, rebus suis defraudarentur, in vsucapio-

capio-

capione rei mobilis triennium, immobilis decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes, tam in Italico, quàm prouinciali ſolo; à Juſtiniano fuit conſtitutum; *l. unic. C. de uſucap. transform. l. fin. Cod. de præſcript. long. temp. & hoc principio noſtro.* Præſentes 106
autem & abſentes ius ciuile ex eadem prouincia æſtimat, non ex eadem ciuitate, *legib. modò allegatis. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciu. c. 14. num. 9.* Cæterùm hodie, turbatis prouinciarum limitibus, præſentes non incommodè dicuntur illi, qui ſub eadem ſunt præfectura, vel qui eundem habent iudicem, *quemadmodum tradit gloſſ. & Dd. ad d. l. final. Cod. de præſcript. long. temp. Budæus in l. ſi in aliam. 7. ff. de offic. proconſ. & Fornan. diſp. 12. th. 7. lit. b.* Et hac ratione fieri poteſt, vt pro abſentibus habeantur, qui domicilijs non multùm ſeparati ſunt, vt qui in confinio duarum prouinciarum ſiue præfecturarum degunt: & è contrario pro præſentibus intelligantur, qui remota domicilia habent, *docente D. Ob-*

107 *rechto disp. 26. th. 270. & seqq.* Sanè si quis diuersis in præfecturis domicilium habeat: ibi domicilium in omnibus pro præsentia habetur: cùm præsentia æstimetur ex domicilio, quod quis in præfectura aliqua collocauit, *arg. d. l. fin. C. de præscript. long. temp. & notat hîc Linius.* Rursus si quis nullum habeat domicilium, soloque animo rei alienæ retineat possessionem, suasvé res negligat: hîc dicendum est, eum vbique pro præsente haberi: quoniam certam & stabilem sedem non obtinet, sed quasi totius mundi incola est, *D. Obrecht. disp. 27. th. 138.* Quid verò, si quis aliquot annis præsens sit, & quibusdam absens? Tum exigimus, vt quantum abfuit temporis, tantum completo decennio præsens possideat ad implendam vsucapionem, *per notata Cuiacij in Nouell. 119. c. 7. Treutler. vol. 2. disput. 22. th. 4. ad lit. H. Hacq; de re plura cumulauit Francisc. Balbus in tractat. de præscriptionib. 1. part. quartæ princip. quæst. 2. 3. & 4. pag. mihi 185. & seqq.*

Istius

Istius porrò temporis iure determinati ratio ita initur, vt non à momento ad momentum; id est, ab hora ad horam; sed totus postremus dies computetur: adeoque qui hunc attigerit, is vsucepisse reputetur, *l. in usucapionib.6. & ibi Cuiacius. ff. de usurp. & usucap. l. penult. in princ. ff. de diuers. temporalib. præscript.* Nec huic obstat *l. in omnibus.6. ff. de obligat. & act.* vbi Paulus respondit: in omnibus actionibus temporalibus, nisi nouissimus dies totus compleatur, non finiri obligationem. *Nam* loquitur de actionibus personalibus (vti arguit vocabulum *obligationis*) hac lege constitutis: vt, si quis intra statutum tempus, puta intra annum vel biennium, &c. non egerit, ab agendo excludatur: & ideò postremus dies completus vt sit, non tantùm cœptus, necesse est. Siquidem verum est; eum agere intra annum, qui vel vltimi diei postremâ horâ agit, *arg. l. 1. §. quod dicimus. 9. ff. de successor. edict. & l. maiores. 3. ff. de iure immunit.* Ast in actionibus realibus, id est, quæ vendi- 110

108 (beside first line) / 109 (beside "poralib.præscript. Nec huic obstat")

candæ rei suæ dantur, contrarium obseruatur. In ijs enim postremus dies aliquâ sui parte cœptus pro impleto existimatur, *d. l. penult. ff. de diuers. temp. præscript.* Huiusque ratio est: quia constituitur priori domino in rem actio sub conditione, non si ipse egerit intra decem aut triginta annos, quibus res ab alio possidetur: sed si alius possessor non possederit tot annos: contraque priori domino placet finiri actionem in rem sub conditione, non si ipse inter eos annos non egerit: sed si possessor tot annos possederit, seu impleuerit tot annos. Hæc sanè verba priori domino actionem satis euidenter finiunt, cùm vsucapio ad nouissimum postremi anni diem peruenit, etiamsi nondum dies sit finitus. Tunc etenim impletur tempus ad vsucapionem cõstitutum: quandoquidem nihil quidquam ampliùs lex ad vsucapionem exigit, *ut exquisitiùs id explicat Donellus lib. 5. Commentar. de iure ciu. c. 19. & Connan. d. lib. 3. c. 12. num. 2. & 3.* Quamuis alij aliter dissentiant, *Zasius in d.*

in d.l.penult.ff.de diuers. temp. præscriptionibus. Viglius in §. præterea. num. 5. infr. quibus non est permiss. fac. testam. Bronchorst. cent. 4. ἐναντιοφανῶν. assert. 8. Duaren. ad tit. ff. de usurpat. & usucap. c. 4. item de obligat. & act. c. 8. & ad l. 3. §. 3. ff. de minorib. Joan. Robertus lib. 1. sententiar. iur. c. 3. Gæddæus in l. 2. §. 1. ff. de verbor. significat. num. 25. cum sequentib. & Mercerius libr. 2. opinion. cap. 4.

Planè hodie res mobiles tam Ecclesiæ, quàm priuatorum, vsucapione triennij acquiruntur; idque tam de iure canonico, quàm ciuili, *Auth. quas actiones. ibiq; gloss. in verbo, durantibus. C. de sacrosanct. Eccles. can. placuit. 15. §. quas actiones. caus. 16. q. 3. Speculat. in tit. de restit. in integr. §. 2. vers. ut autem, &c. Angel. Aretin. in §. res fisci. infr. hoc tit. Balbus in tract. de præscript. 1. part. quintæ princ. in princip. num. 10. pag. 330. hosq; cum aliis citans Couarruu. in c. possessor. part. 2. relect. §. 2. n. 5. ubi de communi testatur.* Quadriennij 112 præscriptio locum sibi vendicat in re-

111

 bus

bus fiscalibus. Vacantium namque, sibique denunciatorum bonorum persecutionem fiscus quatuor annorum silentio amittit: & contrà ipse, si quam rem fortè alienam, vel communem, vel alij pigneratam, quasi caducam alienauerit; dominum, vel creditorem agentem in rem, vel hypothecariâ actione, quadriennij exceptione repellit, *§. ult. infr. hoc tit. l. 1. & 2. C. de quadrien. præscript. & ibi in Paratitl. Cuiac. l. 1. §. diuus. ff. de iure fisc. l. quia autem. 6. §. certè si vacantia 7. ff. si quis omissa caus. testam. l. intra quatuor. 10. ubi gloss. ff. de diuers. temp. præscript.* Si
113 verò res ob vectigal non solutum ceciderit in commissum: tunc quinquennio opus erit, *l. 2. Cod. de vectigalib. & commissis. Sed de rerum fiscalium præscriptione latiùs agunt Schneidewinus hic sub c. de specieb. præscriptionis. num. 39. & seqq. Balbus d. tract. de præscript. 2. part. 5. princip. quæst. 1. pag. 396. cum seqq. Couarruu. d. part. 2. §. 2. num. 7. D. Obrecht. disp. 26. th. 193. cum seqq. & disp. 27. th. 104. & seqq. & nos in §. res fisci 9. infrà hoc tit.* De-

Decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes, res immobiles tum corporales, tum incorporales, vtputa seruitutes omnes, præscribuntur, *l. ult. C. de præscript. long. temp. & copiosè exposui in §. ult. supr. de seruit. prædior. num. 5. & seqq.* Viginti item annorum decursu actiones criminales seu accusationes tolluntur, *l. querela. 12. ibiq. Bald. Angel. & Gothofred. C. ad leg. Cornel. de fals.* Quod tamen non procedit in casibus, vbi iure communi minus spacium est præfixum: vt in actione iniuriarum, criminaliter intentatâ, quæ ad instar ciuilis anno expirat, *l. si non conuicij. 5. C. de iniur. & explicabitur uberiùs in §. hæc actio. 12. infr. de iniur. num. 3. & seqq.* in actione de dolo, quæ biennio terminatur, *l. fin. C. de dol. mal.* in crimine adulterij, de quo post quinquennium accusari nemo potest, *l. mariti. 29. §. sex mensium. 5. & §§. seqq. ff. ad leg. Jul. de adult. l. adulter. 5. C. eod. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 51. num. 4. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 4. ad lit. I. & similibus enumeratis à Ludouico Ca-* 114

rer. in tract. crim. §. homicidium. 6. nu: 378. Balbo d. tract. de præscript. 4. parte quartæ princip. quæst. 2. num. 4. & seqq. pag. 239. & Schneidewino d. cap. de speciebus præscriptionis. num. 47. & sequentib.

115 Triginta annorum spacio res immobiles, non solùm allodiales, sed & feudales præscribi constat *ex c. unic. §. si quis per 30. annos. si de feud. defuncti contentio, &c. tit. 26. lib. 2. feudor.* Ratio, cur præscriptione 30. demum annorum feudum acquiratur, nec anni decem vel viginti, quibus aliâs præscriptio de iure communi procedit, sufficiant, hæc dari solet: quia rerum feudalium præscriptio durior est, & maioris præiudicij, quàm præscriptio rerum allodialium. Etenim per rerum feudalium præscriptionem vasallus domino ad multa obligatur, & vice versâ dominus vasallo ad multa obstringitur: ac proinde ad mutuam istam obligationem constituendam non sufficit tempus longum, sed longissimum desideratur, *Haneton. lib. 2. feud.*

feud.c.1.ad fin. Borcholt. in Commentar. in consuetud. feudor. c.7.part.3.num.5. pag. mihi 172.

Cui non refragatur textus *in capp. extraordinar. tit. 87. lib. 2. feud.* vbi scriptum legimus, longi temporis præscriptione feudum acquiri. *Nam* textum illum ex iure Longobardico, quo tempus longum est annorum triginta, qui aliâs iure ciuili sunt tempus longissimum, interpretandum esse, censet *Vulteius lib. 1. de feudis. c. 9. num. 5.* cui assentiri videtur Gothofredus *in notis suis ad dictum tit. 87.* Deinde locus iste non absurdè exaudiri poterit de casu, quo quis prædium aliquod à non domino per inuestituram in feudum bona fide accepit. Qui ita in feudum accepit prædium: præscriptione longi temporis feudum in eo prædio acquirit, eaque aduersus dominum illius prædij se tuetur. At textus *in d. tit. 26. §. si quis per 30. annos. lib. 2. f.* loquitur de præscriptione, quâ feudum in veri domini prædio, sine eius inuestitura, acquiritur. *Atque sic ex Jacobo de Ardi-* 116

Zone in epit. feud. c. 54. p. 55. hoc explicat *Clarissimus D. Collega Bocerus class. 4. disp. 14. sub th. 44. edit. 1.*

117 Non quoque resistit, quòd vsusfructus, cui feudum assimilatur, *arg. tit. 23. §. ult. lib. 2. feud.* longi temporis præscriptione acquiri dicitur, *d. l. ult. in fine. C. de præscript. long. temp.* Argu-
118 mentum enim à simili non procedere contra expressam iuris dispositionem eleganter docet Euerhardus *à Midelburgo in locis argumentor. legalib. loco, à simili. num. 11.* Cùm igitur in iure feudali expresse dispositum sit, vt triginta annorum præscriptione feudum acquiratur: vtique argumentum à præscriptione vsusfructus, ad præscriptionem feudi duci nequit.

119 Similiter non obstant illa iuris feudistici loca, in quibus cautum reperitur: quòd, si quis probet, se prædium aliquod nomine feudi aliquo tempore, hoc est, vno anno minimùm tenuisse, domino præsente & non contradicente, eiusque seruitium quasi à vasallo recipiente: prædium illud ei in feu-

dum

dum adiudicetur; si se, vel patrē suum de eo feudo inuestitum fuisse iuret, *tit. 26. §. fin. lib. 1. feud. & tit. 33. in pr. vers. inde etiā dicitur, &c. lib. 2. feud.* Quandoquidē hi, & similes textus nō agunt de tēporis spacio, quo feudū pręscribitur; sed ꝙ vasallo, cui dominus litē mouet de feudo, negando sc. se eū inuestiuisse, cōducit ad hoc, vt ei, si rē feudalē possideat, probare liceat per iusiurādū; se, vel patrē suum de feudo isto inuestitū fuisse. Itaq; ꝙ res vasallo in allegatis locis in feudū adiudicari traditur, id non cōtingit ex lapsu tēporis, sed ex præstatione iuramenti. Hîc autē feudi acquisitionē ex lapsu temporis metimur, cuiusmodi iure feudali nulla alia, quàm annorum triginta occurrit, *D. Vulteius d. lib. 1. de feudis. c. 9. num. 4.*

Cæterùm hæc feudi præscriptio vt locum inueniat, ad eam tria præcipuè necessaria putantur. Primum est, quòd vasallus fundum possederit per triginta annos, *d. tit. 26. §. si quis per 30. annos. lib. 2. f.* Et quidem triginta annos ad præscribendum feudum in re qualibet, 120

libet, siue priuata sit, siue publica, & siue profana, siue ecclesiastica, siue item ius regale, siue non sit, sufficere proba-
121 bilius videtur. Tum quia vbi textus generaliter loquitur, & non distinguit, nec nos distinguere debemus, *arg. l. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. 1. §. 4. ff. de officio præfecti urbi. l. de pretio. 8. ff. de Public. in rem act.* Tum quia licèt præscribens in eiuscemodi aliqua re ius feudi acquirat: non tamen ipsam rempublicam & ecclesiasticã, vel ipsum ius regale acquirit: sed ea res Ecclesiæ Reivepublicæ manet, vt & ius regale Principis. *Et ita docuit Nicolaus de Neap. in l. fin. C. de fund. patrimon. Fridericus Schenck Baro in d. c. un. §. si quis per triginta annos. si de feud. defuncti contentio, &c. num. 4. Vulteius d. lib. 1. de feud. c. 9. num. 8. & D. Bocerus d. class. 4. disp. 14. th. 47. lit. b. edit. 1.* Tametsi contrarium crebrioribus Doctorum calculis sit receptum; quòd nimirum feudum in rebus publicis & ecclesiasticis non nisi 40. annorum, & in iure regali, non nisi temporis immemorialis præscriptio-

ptione acquiratur: eò quòd iure communi tantum temporis ad istarum rerum præscriptionem exigatur, *auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. Nouell. 111. & Nouell. 131. c. 6. cap. super quibusdam. 26. §. præterea. ext. de verb. signif. Andr. de Isern. Præposit. Aluarott. Laudens. & alij in d. §. si quis per 30. annos, &c. Mynsinger. cent. 4. obs. 29. Baldus in c. unic. §. fin. de feud. dat. in vic. leg. commissor. Zasius in epit. feud. part. 6. num. 31. & alij, quos refert & sequitur Borcholt. prædicto c. 7. part. 3. num. 8.* Sed & triginta illos annos comple- 122
tos esse oportet: siquidem dictio, *per*, in *d. §. si quis per 30. annos, &c.* vsurpata temporis consummationem denotat. *argum. l. urbana familia. 166. §. 1. ibiq; Gæddæus num. 3. ff. de verbor. significat.* Ideoque vltimus annus cœptus non habendus fuerit pro completo, *arg. l. in omnibus. 6. ff. de obligat. & act. Præpositus & Schenck Baro num. 1. in d. §. si quis per triginta, &c. & Vulteius d. c. 9. num. 10.*

Alterum, ad feudi præscriptionem 123

necess-

necessarium, est: quòd vasallus fundum tanquam feudum possederit, *d. §. si quis per triginta. ibi, rem aliquam ut feudum possedit. ibiq́ Baldus, Aluarottus, Præpositus, & cæteri.* Quia si fundus alio possideatur siue habeatur animo: possessio ad effectum præscribendi feudi nihil prodest, *Francisc. Balbus in tract. de præscript. part. 4. quartæ princip. quæst. 12. num. 1 pag. 264. Vulteius d. c. 9. num. 12. Borcholt. d. c 7. part. 3. num. 6.* Unde si possederit quispiam fundum iure pignoris: vt maximè cætera ad præscribendum feudum necessaria adfuerint: nihil tamen possessio triginta annorum ipsi ptoficiet. Tum quòd fundum possedit non animo habendi feudum, sed animo habendi pi-
124 gnus: tum quòd nemo possessionis suæ causam mutare potest, *l. 3 §. illud. 19. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. non solùm. 33. §. 1. ff. de usurp. & usucap. l. 2. §. 1. ff pro herede.* tum etiam quòd ne in feudis quidem præscriptio sine bona fide, ex dispositione iuris canonici, in Camera Imperiali in doctrina præscri-

ptio-

ptionum approbati, procedit. *c. ultim. ext. de præscriptionib. d. tit. 87. in cc. extraordinar. Mynsinger. cent. 4. obs. 6. & fusiùs monstrauimus suprà num. 60.* Atque hanc tanquam communiorem sententiam amplectuntur etiam *Jacob. de Beluiso, Schenck Baro, Martinus Laudens. Nicol. de Neapoli, Petrus Rauennatis, & Præpositus in d. § si quis per triginta annos. Rosenthal. in synopsi iuris feudal. c. 6. conclus. 142. lit. b. Kirchouius in thesaur. commun. opin. lit. F. in verb. feudi præscriptio. D. Bocer. d. class. 4. disp. 14. th. 45. lit. a. ed. 1. & nonnulli alij.* Sanè possessio illa non solùm iusta, 125
bonaque fide suffulta; sed & continua, sicque non interrupta esse debet. Quemadmodum enim possessionis continuationem ius commune exposcit, *l. 3. l. si is, qui. 15. l. possessio. 20. l. nunquam. 31. § 1. l. non solùm. 33. § qui pignori. 4 ff. de usurp. & usucap. l. 2. C. de præscript. long. tempor. c. illud. 8. in fin. & c. auditis. 15. ext. de præscriptionib.* ita eandem quoque ius feudisticum desiderat, sicuti innuit particula illa, *per,*

per, posita *in d. tit. 26. §. si quis per 30. annos. lib. 2. feud. ubi Bald. num. 2. &*
126 *Frider. Schenck. num. 3.* Et quemadmodum possessio ac tempus defuncti iure communi prodest etiam eius heredi, *§. diutina. 12. infr. hoc tit. l. Pomponius. 13. §. sed & legatario. 10. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. cum miles. 30. in princ. ff. ex quib. caus. maiores, &c. l. unic. post medium. ibi, ut continuetur ei possessio. C. de usucap. transform.* ita etiam idem in feudi præscriptione obtinere creditur. Quamuis enim vasallo mortuo, dum præfinitum triginta annorum tempus adhuc currit, inuestiturâ successor opus habeat, *tit. 24. in princ. & tit. 32. circa finem. lib. 2. f.* heres tamen eius, qui præscriptionem cœpit, per inuestituram, quam vt heres à domino accipit, feudum non acquirit; sed adhuc ad acquirendum feudum ipsi opus est continuatione possessionis triginta annorum: quippe cùm ante completum præscriptionis cursum, dominus eam interrumpere, iureque suo prædium reuocare posset, *ut di-*

ut disertè docet D. Collega Bocerus d. disput. 14. th. 45. ad lit. b.

Tertium præscriptionis feudi requisitum est: vt vasallus domino seruitium exhibuerit, *d. tit. 26. § si quis per triginta. ibi, seruitium domino exhibuerit. lib. 2. f.* Et quoniam textus dicit *seruitium*, & non *seruitia*: rectè inde Doctores communiter inferunt, quòd sufficiat, semel intra 30. annos vasallum domino seruitium præstitisse: nec necesse sit, vt singulis id annis exhibuerit, *Andr. de Isernia, Petr. Rauennat. Laudens. num. 1. Aluarott. num. 2. Schenck Baro num. 6. & Præpositus in d. § si quis per triginta, &c. Borcholt. d. c. 7. part. 3 num. 7. Roland à Valle consil. 3. num. 79. vol. 1. Alexand. consil. 70. vol. 3. Balbus d. tractat. de præscript. 4. part. quartæ princ. quæst. 12. num 1. pag. mihi 265. Rosenthal. d. synopsi iur. feud. c. 6. conclus. 141. Vulteius d. lib. 1. de feud. c. 9. num. 15. D. Obrecht. Disp. 26. thes. 210. & seqq.* 127

Sicut porrò aliquis in fundo, quem per triginta annos tanquam feudum 128

possedit, ius feudi præscriptione acquirit: ita versâ vice si quis per annos triginta alicuius fundi nomine, qui re uerâ liber erat, non feudalis, seruitia feudalia à domino fundi, tanquam à vasallo receperit: is directum (*quod aiunt*) fundi istius dominium præscribit, fundique dominum sibi vasallum acquirit: idque ex naturâ correlatiuo-
129 rum. Quod enim in vno correlatiuorum statutum est, in altero quoque statui debet, *l. ult. ibiq; Bartol. Bald. & Angel. C. de indict. vid toll. l. 1. C. de cupressis. Euerhard à Midelb. in locis argumentor. legalib. loc. à correlat. num. 3.* Et hac ratione Doctores communiter hanc doctrinam tuentur, *Matthaeus de Afflictis, Præpositus, Petr. Rauennat. Laudens. num 4. Aluarott. nu. 5. in d. tit. 26 § si quis per 30 annos. lib. 2 f Speculat. de feud. §. 2. versic secundò quæritur. Zasius in Epit. feud. part. 6. num. 32. Mynsinger. cent. 4. obs. 29. in fin. Clarus lib 4. sent § feudum q. 19. num. 1. & q. 45 num. 1. Duarenus de feud. c. 8. num. 2. Borcholt. de feud. c. 7. part 3. num.*

num. 9. Rosenthal. d. synopsi feud. c. 6. concl. 148. D. Bocer. d. class. 4. disp. 14. th. 48. edit. 1. Vulteius d. c. 9. num. 16. & Mozzius de substantia feud. numer. 31.

Sed vtrùm dominus contra vasallum triginta annorum spacio libertatem præscribere valeat, est, quòd ambigas? Et receptum est; quòd, si domi- 130
nus rei feudalis possessionem nactus, eam 30. annis pro allodiali & libera, sine contradictione vasalli, seu agnati, tenuerit, vtilis dominij cum proprietate consolidationem præscripsisse censeatur. Atque pro hac opinione triplex potissimùm militat ratio. I. Quia 131
res quælibet ad naturam suam facilè redit, *can. ab exordio. 2. & ibi glos. ad lit. L. distinct. 35. § cùm in suo solo. 29. in fine. supr. de rer. diuis. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. ibiq. Jason num. 5. & seqq. ff. de pactis. l. hac consultissima. 21. §. si quis autem. 3. C. de testamentis, &c.* II. Quia in simili ille, qui seruitutem 132
debet vrbanam, prædij sui libertatem vsucapere potest, *l. sequitur. 4. §. ult. ff.*

de usurpat. & usucap. l. hæc autem iura. 6. ff. de seruitutibus prædior. urbanor.
133 III Quia vsufructuarius, cui vasallus similis est, *arg. tit. 23. § ult. lib. 2. feudor.* longo tempore vsumfructum acquirit, *l. ult. in fin. C. de præscript. longi temp.* & acquisitum non vtendo tempore eodem amittit, *l. placet. 25. & l. si usus fructus. 28. ff. quib. mod. usu fruct. amitt. l. ult. C. de seruitut. & aqua. & latè expositum ad §. finitur. 3 supr. de usufruct. num. 22. & seqq.* Quare & vasallus, qui feudum longissimi temporis præscriptione acquirit, acquisitum non vtendo, eodem temporis cursu
134 perdit. Nihil quippe tam naturale est, quàm eodem modo quodque dissoluere, quo colligatum est, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. iur.* & omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt, *l. omnia. 100. ff. eod.* *Et isthanc sententiam consentientibus suffragiis confirmant Baldus, Præposit. Rauennat. Aluarottus num. 5. & Schenck Baro num. 6. in fin. ad d. tit. 26. § si quis per 30. annos. lib. 2. f. Panormitan. in c. ad audientiam.*

tiam.13. in fine. ext. de præscript. Zasius d. part.6. num.33. Mynsinger. cent.4. obs. 28. Borcholt. d. c.7. part. 3. num.11. Vulteius d. c. 9. num. 17. Rosenthal. d. c. 6. conclus.155. & D. Bocerus d. class. 4. disp. 14. th. 49. Huic consequens est, quòd è 135
contrario vasallus, qui per triginta annos, rem feudalem liberè, bonaque fide, nullâ à domino petitâ inuestiturâ, possedit, libertatem & proprietatem rei istius feudalis contra dominum præscripsisse intelligatur. Siquidem & libertas serui, si mala fides non obstet, longo tempore præscribitur, *l. si, cùm fideicommissa. 16. §. Aristo ff. qui, & à quib. manumissi liberi non fiunt. l. 1. & 2. C. de longi tempor. præscript. quæ pro libertate, &c. l. ult. C. de his, qui à non domino manumissi sunt.* Et ita Dd. plerique sentiunt, *Panormitanus in d. c. ad audientiam.13, colum. ult. vers. sed iuxta prædicta. ext. de præscript. Francis. Balb. in tract. de præscript. 4. part. quartæ princip. quæst. 12. num. 15. pag. mihi 272. Wurmser. in pract. obseruat. tit. de feud. obs. 15. vers. sic etiam contra dominum,*

num, &c & obs. 25. Borcholt. d. c. 7 num. 12. Duarenus de feud. d. c. 8. D. Collega Bocer. d. disp. 14. th. 50. sub lit. b. ubi dissentientem adducit Henricum Rosenthal. d. synops. feud. c. 6. conclus. 156. & 157. eiusq; rationes, utpote satis leues, meritò reprehendit.

136 Circa præscriptionem feudi non abs re & hoc in quæstionem vocatur: an feudum, absque domini agnatorumque consensu per vasallum alienatum, à tertio bonæ fidei emptore triginta annis præscribatur? Hic discrepantes sunt Doctorum opinationes. Quidam enim existimant; bonæ fidei possessorem (qui videlicet putat, domini & agnatorum consensu feudum in se alienatum esse) triginta annorum cursu tam contra dominum ipsum, quàm contra agnatos feudum istud præscribere: malæ verò fidei possessorem (qui nimirum scit, vasallum hoc feudum citra domini agnatorumque consensum alienare haud posse) ad præscribendum desiderare tempus immemoriale, *Glossa in c. 1. §. prate-*

præterea. de capitulis Corradi. tit. 40. lib. 2. f. ibiq; Jacobus de Beluiso, Nicol. de Neapoli, Baldus, Præpositus, Aluarottus, Petrus Rauennat. & Cuiacius, Schrader. in tract. feud. part. 5 c. 4. num. 9. Wesenbec. de feud. c. 11. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 10. num. 9. Ferrariens. in form. libel. ad reuocat. feud. Wurmserus in d. obseruat. practic. obs. 15. tit. de feud. Borcholt. d. c. 7. part. 3. num. 13. hosq; cum aliis referens Rosenthal. d. synops. c. 6. conclus. 150 & c. 9. conclus. 131. ad lit. A. Alij ex aduerso statuunt; triginta annorum præscriptionem domino, bona feudalia per vasallum in extraneum aliquem alienata vindicare volenti, nequaquam nocere, Andr. de Isern. & Schenck Baro in d. §. præterea. tit. 40. lib. 2. feud. Jacob. de Ardizon. in summa sua. tit. quib. mod. feud. acquirat. Francis. Curt. iunior in tract. feud. in 4. part. in ultima causa priuat. num. 82. vers. prima ergo principalis, &c. Julius Clarus lib. 4 sentent. § feudum. q. 45. num. 2. Sonsbeccius in Commentar. ad usus feudor. part. 12.

num. 150. cum multis seqq. & D. Bocer.
137 *d. disp. 14. th. 46.* Atque hæc sententia, quam & ego veritati planè amicam esse censeo, robur suum recipit *ex d. tit. 40. § præterea. & tit. 55. § unde Imperator Lotharius. lib. 2. feud. & tit. 83. in extraordinar. capp.* quibus in locis expressum est, feudorum alienationes nullius, ac proinde nec longissimi temporis præscriptione confirmari posse.

138 Cui non aduersatur textus *in c. 1. §. donare. vers. præscriptione autem. qualiter olim poterat feudum alienari. tit. 2. lib. 2 feud.* vbi habetur, quòd præscriptione triginta annorum tam sciens, quàm ignorans submouebatur. *Nam* totus ille titulus historicam duntaxat relationem complectitur iuris veteris, non eius iuris, quod Feudista per omnia obseruari voluit, vti perspicuè indicat inscriptio tituli, *qualiter olim poterat, &c.* & verba in ipso textu, *poterat olim vasallus, &c. hoc licebat ei, &c. culpà amittebat, &c. nullius curiæ poterat, &c.* & maximè verbum illud

lud *submouebatur*. Nec ad rem pertinet, quod regeritur, rem allodialem annis triginta etiam hodie, vt feudum, plenè præscribi; atque ideo videri rursum rem feudalem, vt allodialem, præscribi posse, *prædicto tit. 26. § si quis per triginta. lib. 2. feud.* Quia hæc longè diuersa sunt, nec eadem vtrinque militat ratio. Siquidem in nostro casu (vbi scilicet feudum præscribi videtur, vt fiat allodium) Reipublicæ ingens inferretur præiudicium: propterea quòd ei periret seruitium à vasallo præstandum. Ast in casu *dicti § si quis per triginta* (vbi allodium præscribitur, vt fiat feudum) non patitur Respublica damnum, sed potiùs percipit commodum: siquidem vasallus domino seruitium præstare, sicque Reipublicæ prodesse tenetur. Ratio namque, quæ Imperatores mouit, vt prohiberent, ne triginta annorum lapsu feuda præscriberentur, non parua fuit. Videbant quippe, Reipublicæ magnum imminere detrimentum, nisi istud prohiberetur. Vasalli etenim distractis feudis,

adeoque bonis exuti seniorum seruitia subterfugiebant: per quod Imperij vires valde attenuari constabat, dum proceres milites suos, hoc est, vasallos, ad expeditionem Principis traducere non poterant, *ut ostendit textus in c. 1. de prohib feud. alien. per Lothar. tit. 52. & c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Frider. tit. 55. lib. 2. f.*

139 Multò minùs aduersatur glossa *in d. tit. 40. § præterea. lib. 2 feud.* vbi Doctores plerique autumant, glossam ordinariam in dubijs esse testem firmissimum. *Primùm* enim glossæ isti opponimus aliam glossam contrariam, ex qua satis euidenter apparet, feudo nullam, ne quidem longissimi temporis obstare præscriptionem, *in c. 1. §. 1. vers. quid ergo. in verbis, per longa tempora. de inuestitur. de re aliena fact. tit. 8. lib. 2 feud.* & sic glossa vna per alterã confunditur. Deinde facilè largimur, non esse firmiorem testem, quàm glossam ordinariam, quando sc. res anceps

140 & dubia est: quoniam in dubijs & in incertis, non item in claris & certis locus

cus esse solet coniecturis, *l. continuus. 137. §. cùm ita stipulatus. in fine. ff. de verb. obligat.* Cùm ergo textus *in d. tit. 40. § præterea. & d. tit. 55. §. unde Imperator. lib. 2. f. & in d. tit. 83. in cc. extraord.* pro confirmatione nostræ sententiæ suprà in medium adducti clarissimè disponant, feudum vllo tempore præscribi non posse: coniecturandum hîc, aut diuinandum minimè esse, quiuis vel communi sensu præditus intelligit. Neque enim à claris & indubitatis textus verbis recedendum est, etiamsi mille glossæ & Doctores contrarium teneant, *tradente pulchrè Sonsbeccio in d. Commentar. ad usus feud. part. 12. num. 162. & seq.*

Porrò autem triginta annorum curriculo actiones tam reales, quàm personales præscribi, extra dubitationis aleam positum est, *l. sicut. 3. l. cùm notissimi. 7. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. §. 1. C. de annali except.* De annuis 141 pensionibus, siue reditibus, num illis præscribi possit, mirificè disceptari solet? Sunt, qui existimant, in annuis reditі-

ditibus siue præstationibus ius exigendi triginta annorum spacio in totum tolli, *Bulgarus & Rogerius, glossatores antiqui, horumq́ sectatores, Bartolus in l. comperit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Corneus consil. 142. num. 2. vol. 3. Schurff. consil. 10. per totum. cent. 1. Menoch. consil. 49. num. 20. Vasquius controuersiar. illustr. lib. 2. c. 83. num. 39. Massuer. in pract. tit. de præscript. & alij.* Sunt quoque, qui putant, singulorum annorum singulas esse præscriptiones; adeoque tam ex contractibus, quàm legatis, præscribi triginta annorum lapsu pensiones præteritas, non etiam futuras, *Martinus glossator, Salicetus & Fulgosius in d. l. cum notissimi. 7. §. in his etiam. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Guido Papa decis. 406. Mynsinger. cent. 3. obs. 13. Gail. lib. 2. obs. 73. Bronchorst. cent. 4. ἐναντιοφανῶν. assert. 5. Borcholt. in Commentar. de usur. c. 4. num. 34. cum seqq. Matthias Stephani cent. 2. quæst. 35. Hænon. disput. 6. controuers. 15. Fachineus lib. 8. controuersiar. iur. c. 99. Wurmser. in pract. obseruat.*

seruat. tit. de præscript. c.5. & Nigerdinus lib.2. disp.3. th.2. quæst.4. Sunt rursus, qui annuas præstationes ex contractibus, ab ijs, quæ descendunt ex legatis, distinguunt; arbitrantes, in legatis triginta annorum decursu prætérlapsas tantùm pensiones præscribi, in contractibus veró vnam duntaxat præscriptionem, etiam quoad futuras pensiones, sufficere: *Joannes glossographus, & Accurs. in d. l. cùm notissimi. 7. §. in his etiam. C. de præscript. 30. vel 40. annor. ibiq; Azo in sua summa. num. 6. & Franciscus Balbus in tractat. de præscript. d. part. quartæ principal. in 4. quæst. princ. num. 2 & 3 pag. 248.* Quid igitur in hac opinionum fluctuatione ac varietate statuendum? quorum potissimùm Interpretum vestigijs insistendum? Et Martini, eumque sequentium sententiam, paulò antè relatam, multisque præiudicijs Cameralibus comprobatam, & receptiorem & veriorem esse reor, *per textum apertum, in d. l. cùm notissimi. 7. §. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vbi à Justin-

stino Imperatore in hæc verba rescriptum est: *In his promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis*
142 *computari manifestum est.* Ex istis verbis (*promissionibus, vel legatis*) quouis electro clarius patet, nullam hic cum Glossatore Johanne, eiusque asseclis, differentiam inter stipulationes & legata esse constituendam. Siue enim ex *promissionibus*, hoc est, ex stipulationibus, siue ex *legatis*, per singulos annos vel menses quid debeatur, tempora præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni vel mensis computantur. Et hæc verba (*tempora ab initio cuiusque anni vel mensis computantur*) haud obscurè significant: cùm quid annuum vel menstruum debetur, singulos annos vel menses habere propriam præscriptio-

ptionem, siue (*uti vulgò dici solet*) tot esse præscriptiones, quot sunt anni. Ratio autem, cur singuli anni propriam habeant præscriptionem, hæc redditur: quia singulis annis noua nascitur actio, cùm singulis annis, quod promissum est, præstandum sit: & quot sunt præstationes, tot censentur actiones. Ideoque præscriptio contra actionem singulis annis natam currit, si quo anno pensio, quæ inferri debuit, non præstetur. At pro futuris annis neutiquam currit præscriptio: cùm pro annis futuris actio nondum nata sit, quâ futurorum annorum pensio exigi petique possit. Et sanè omnino dicendum est, actione non natâ præscriptionem cessare: quoniam quod nondum est, præscribi non potest. Cur ita? quia non entis nullæ qualitates esse dicuntur, *arg. l. 2. ff. de usufruct. l. si seruum. 4. §. 1. ff. de actionib. empt. l. locatio. 4 ff. locati. l. adeò. 7. §. quòd si toto. 5 ff. de acquir. rer. domin. l. decem.* 116. *ff. de verb. obligat.* Eódem non parùm confert *l. si usúsfructus.* 28. *ff. quib. mod. usus-*

143 (beside line "Ratio autem, cur singuli anni propri-"); 144 (beside line "nondum est, præscribi non potest. Cur")

145 *usufruct. amitt.* vbi Paulus respondit: si vsusfructus alternis annis legetur: non posse huiusmodi legatum annuum non vtendo amitti: quia plura sunt legata: hoc est, quia annus quilibet suum vsumfructum inchoat, & in legatis annuis tot sunt legata, quot anni, & sic totidem actiones atque præscriptiones: nec vna præscriptio sufficit pro omnibus annis. Facit quoque huc *l. si Stichum. 16. §. 1. ff. de verb. obligat. & l. 1. C. quando dies legati vel fidei-*
146 *commissi cedit.* vbi traditur, quòd in annuis legatis ab initio cuiusque anni competit primùm exigendi facultas. Ergo pro annis sequentibus ante diem obligationis non incipit currere præscriptio: quia quod nondum existit, sed incertâ velut conditione suspensum hæret, præscribi nequit: & actori non nisi ab eo tempore, quo agere, & debitorem ad soluendum compellere potuit, præscriptio obstat, *l. si filiusfamilias. 11. ff. de tutelæ, & rationibus distrah. dict. l. cùm notissimi. 7. §. illud autem. 4. Cod. de præscript. 30. vel 40.*

anno-

annorum. & l. 1. in fine. Cod. de annali except.

Nec repugnat huic sententiæ *l. eos, qui. 26. in princ. C. de usur.* vbi notatur, debitorem triginta annorum præscriptione à sorte liberatum, ab vsuris quoque liberari. *Nam* decisio nostra in sorte & principali debito obtinet: non item in vsuris, fructibus, & cæteris accessionibus, de quibus lex illa disertè loquitur. Cùm enim vsurarum obligatio sit accessio seu sequela sortis siue principalis obligationis, *arg. l. frumenti. 12. C. eod. tit.* consequens est, quòd principali obligatione sortis per triginta annorum præscriptionem sublatâ, vsurarum etiam obligatio accessoria tollatur, *l. nihil dolo 129. §. 1. & l. cùm principalis. 178. ff. de reg. iur.* Secus est in reditibus annuis. His etenim intra triginta annos non solutis; præteriti tantùm temporis reditus, quorum respectu triginta anni præterlapsi sunt, peti & exigi non possunt: sed sequentium annorum reditus rectè petuntur: siquidem hi annui reditus, tanquam

147 — 148

principale debitum, per se subsistunt. *Sed vide illud omnium optimè explanantem Johannem Borcholt. d. Commentar. de usur. cap. 4. num. 38. & sequentib.*

149 Similiter vehemens apud Doctores pugna est: vtrùm debitor post triginta annos pignus luere, hoc est, pecuniam debitam soluere, & pignus actione pignoratitiâ repetere possit: an verò à iure luendi pignoris, per triginta annorum præscriptionem submòueatur? Verùm (quicquid in contrarium afferant *Bulgarus, priscus ille Interpres, Odofredus, & Accursius in l pignori. 13. in verbo, alieno. ff. de usurpat. & usucap. Angelus consil. 55. incip. ex pacto. & in § actionum num. 54. infr. de actionib. & nonnulli alij*) probabilior Rogerij & Martini, veterum glossatorum, traditio est, existimantium: iuri luendi pignoris triginta annorum curriculo præscribi non posse: idque maximè propter subsequentes rationes. I. Quia ius luendi pignoris non tam ius est, quàm facultas quædam in mero

debi-

debitoris arbitrio posita, quâ debitor, quandocunque vult, vti potest. Quæ autem meræ facultatis sunt, nullo 150
vnquam tempore præscribi queunt, *l. viam publicam. 2. ff. de via public. l. Proculus. 26. ff. de dam. infect. l. 1. §. deniq. Marcellus. 12. & l. si in meo. 21. ff. de aqua, & aquæ plun. arc. latè Wesenb. consil. 2. num. 94. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. commun. conclus. tit. de præscript. conclus. 10.* II. Quia ad præscriptionem non solùm iustus titulus, sed & bona fides requiritur, *ut clarescit ex hoc principio, & ubertim probatum suprà num. 46. & 79.* Atqui creditor neque titulum iustum vel habilem ad vsucapiendum habet: cùm pignoris titulus non sit dominij translatiuus, *l. sciendum. 15. §. creditor. 2. ff. qui satisd. cogantur l. rescriptum. 12. in princ. ff. de distract. pignor.* neque vlla bona fides possidentis pignus esse potest: cùm creditor, se rem alienam possidere, non ignoret. Cùm igitur creditor pignus non præscribat: ius offerendi ad liberandum pignus debitori perpetuò

151 competit. III. Quia alieno nomine possidens non præscribit, *l. malè agitur. 2. C de præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. C communia de usucapionib.* Sed creditor, qui pignus accepit, alieno nomine possidet, *d. l. pignori.* 13 *in princ. ff. de usurpat. & usucap.* hoc est, non sibi possidet pignus, sed debitori suo: nec potest sibi ipsi creditor causam possessionis mutare: cùm tritissima regula iuris sit: neminem sibi ipsi causam possessionis mutare posse, *l. 3. §. illud.* 19 *l. quod meo. 18. & l. qui bona. 19. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. non solùm.* 33. *§. 1. ff. de usurp. & usucap. l. ult. ff. si pars heredit. petat. & dictum suprà nu. 101. & 124.*

152 IV. Quia pignus plerunque pluris est, quàm debitum: & si creditor pignus præscriberet, plus consequeretur, quàm sibi deberetur. Hoc autem planè absurdum & iniquum esset. Atque ob hanc rationem receptum est, vt in pignoribus lex siue pactio commissoria (quâ scilicet conuenit, vt ad diem statutum pecuniâ non solutâ, creditor pigno-

pignoris dominus efficiatur) locum sibi vindicare nullo modo possit, *l. ult. C. de pactis pignor. & exposuimus ad §. emptio. 4. num. 6. infr. de empt. & vendit.* V. Quia fructus pignoris compu- 153
tantur in sortem, *l. Titia. 48. ff. de solutionib. l. 2. & 3. C. de pignorat. act.* At debito per fructuum perceptionem extenuato, fructus reliqui, extenuatam iam summam excedentes, efficiuntur furtiui: ac proinde præscribi nequeunt, *l. si quis uxori. 52. §. eum creditorem. 7. ff. de furt. § furtiuæ. 2. infr. hoc tit.* VI. Quia actio non potest tolli 154
præscriptione, antequam nata sit. Non entis siquidem nullas qualitates esse, in propatulo est, *l. locatio. 4. ff. locati. l. decem. 116. ff. de verb. oblig. & similibus allegatis suprà num. 144.* Atqui verò pignoratitia actio non nascitur tempore contractus, aut conuentionis de pignore constituendo: sed tum demum, cùm debitor pignus repignorauit, id est, creditori pecuniam debitam soluit, vel satisfecit, *l. si rem aliquam. 9 §. omnis. 3. ff. de pignorat. act.* Quare cre-

ditor pignoratitiæ actioni non priùs præscribere poterit, quàm iam nata fuerit, hoc est, vbi debitor pecuniam debitam creditori soluerit, vel aliter satisfecerit.

155 Nec huic enunciato quidquam resistit, quòd debitor intra temporis longissimi spacium potuisset pignus luere, & sic pignoratitiam actionem sibi citiùs gignere, 'd ergo cùm non fecerit, cùm facilè sineq; magno negocio facere potuerit: meritò ipsi præscriptio obstabit. Qui enim potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur, *auctore Paulo in l. qui potest*. 174. *ff. de reg. iur.* Hoc, *inquam*, argumentum nihil resistit: quia primò non vniuersale est. Multa quippe contingere possunt, vt non ita facilis sit soluendi facultas, vt meritò hoc humanis necessitatibus indultum videri debeat, *arg. l. nepos.* 125. *ff. de verb. significat.* Deinde argumentum istud malè concludere,
156 ex simili colligitur. Nam & filiusfamilias à patre facilè impetrare potest, vt sibi agendi potestatem de bonis aduen-

aduentitijs faciat: & tamen si filiusfamilias hoc non fecerit, non propterea ei agere volenti præscriptio nocebit, *l. 1. §. ult. C. de annali except.* Ergo multò minùs debitori obesse debet, quòd intra triginta annos pecuniam non soluerit: cùm paratior plerunque agendi, quàm soluendi facultas esse soleat.

Nihil item negotij facessit *l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vbi 157
dum Anastasius Imp. rescripsit, omne ius priuatum & publicum, in quacunque causa, vel quacunque personâ, quadraginta annorum iugi silentio extingui: inde sequi videtur, quod & ius reluendi pignoris tanto tempore extinguatur: cùm is, qui dicit omne, nihil excludat, *l. omnia. 7. ubi Decius. ff. de* 158
reb. credit. si cert. pet. Curt. iun. cons. 26. num. 8. Crauett. cons. 290. num. 1. *Menoch. cons. 20. num. 17.* Etenim illic appellatione iuris non continentur ea, quæ sunt meræ facultatis: sed tantùm significantur actiones: id quod apparet non solùm ex præcedentibus *dictæ l. 4.*

 ver-

verbis, in quibus actionis fit mentio: sed etiam ex sequenti verbo, *moueatur*. Quod verbum proprium est actionum: quæ dicuntur moueri, cùm intentantur, & in iudicio proponuntur, *l sicut. 3. vers. quæ ergo antea non motæ sunt actiones. C. de præscript. 30.*
159 *vel 40. annor. cum similibus.* Ast in præsenti quæstione actio pigneratitia nondum nata est, & consequenter præscribi nequit. Priuatio namque, qualis est præscriptio, habitum præsupponit, *prædicta l. decem. 116. ibiq. Bartol & Dd. ff. de verbor. obligat. l. manumissiones 4. ff. de iustit. & iur. Euerhard. à Midelburg. in locis argumentor. legalib. loco, à priuatione ad habitum, &c.*

Adhæc non refragatur *d. l. cùm notissimi. 7 §. eodem iure 3. C. de præscript. 30. vel 40 annor.* vbi statuitur, quòd iuri offerendi longissimo tempore præ-
160 scribatur. *Quandoquidem* est ius quoddam offerendi, quod competit per modum iuris; puta secundus creditor habet ius offerendi primo, & con-

confirmandi sibi causam pignoris, *l.2.3. & 5.ff.de distract.pignor.l.potior.11.§.fin.ff.qui potiores in pignore vel hypoth.hab.l.prior quidem 5.C.eod.* Et dubium non est vllum, quin secundus iste creditor præscriptione longissimi temporis submoueatur. Huiusque ratio est: quia ius illud offerendi est accessorium quiddam ad ipsam actionem. Ut igitur actioni hypothecariæ longissimo tempore præscribitur; ita & eodem tempore isti iuri vt præscribatur, necesse est, *d.l. cùm notissimi.7.§.3.C.de præscript.30.vel 40.annor.* Quoddam verò est ius offerendi, quod competit per modum cuiusdam facultatis; vtputa debitor potest, quandocunque vult offerre debitum creditori, & pignus luere. Atque hæc facultas, in simplici meroque debitoris arbitrio consistens, nullo vnquam tempore præscribi potest: sicuti nec alia facultas, putà eundi per viam publicam: quia licèt per mille annos non iueris; semper tamen ire poteris, *præfatâ l. viam publicam.2.ubi Dd.ff.de via publica.*

161 Hoc ampliùs non obstant *l. nec creditores.* 10. *& l. ult. C. de pignerat. act.* vbi cùm dicatur, actionem pigneratitiam debitori competentem non perimi vllo longi temporis spacio: ex eo videtur dicendum, quòd præscriptione longissimi temporis perimatur. *Nam* leges illæ de actione pignoratitiâ iam natâ, quando videlicet pecunia debita creditori soluta est, loquuntur: & eam longo tempore, id est, decem vel viginti annis tolli negant. Interim verò haud inficias eunt; quin si debitor post solutam pecuniam, sicque natam actionem pignoratitiam intra 30. vel 40. annos pignoratitiâ non experiatur, postea pignoratitiâ agere & pignus repetere non possit: propterea quòd ius agendi longissimi temporis præscriptione sit consumptum. Ex his ita expositis verissima Rogerij Martinique relinquitur sententia: ius videlicet luendi pignoris 30. annorum præscriptione tolli nequaquam posse. *Atq. illam sequuntur & defendunt Cynus in d. l. cùm notissimi, 7. §. sed cùm illud.*

num.

num.6. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. idem Cynus in d. l. nec creditores. 10. num. 2. C. de pignerat. act. Bartol. & Cuiacius in d.l. pignori. 13 ff. de usurpat. & usucap. Boërius decis. 351. num. 6. part. 2. Henningus Göden cons. 109. num. 232. cum seqq. Borcholt. d. Commentar. de usur. c. 6. num. 10. & seqq. Bronchorst. cent. 4. ἐναντιοφανῶν. assert. 4. Wesenbec. prædicto consil. 2. num. 45. & seqq. Zasius in §. actionum. num. 66. infr. de actionib. D. Obrecht. disp. 27. th. 253. cum seqq. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 3. lit. I. Zanger. in tract. de exceptionib part. 3. c. 8. nu. 79. Virgil. Pingitzer. illust. quæst. Saxon. 41. Hilliger. in Donello enucleat. lib. 5. c. ult. lit. K. Roberus disp. 9. coronid. 1. Arumæus Exercit. Justin. 6. th. 9. Wegner. disp. 6. th. 3. ad lit. C. in fin. Gerhard. Decad. 6. quæst. 3. circa fin. Hœnon. disp. 6. controuers. 13. Mynsinger. cent. 1. obs. 16. & Gail. lib. 2. obs. 18. num. 5. & seqq. ubi hanc partem negatiuam, tanquam veriorem, æquiorem, melioribusq; rationibus suffultam, Cameram Imperialem sequi testatur.

Eius-

162 Eiusdem farinæ controuersia est: vtrùm pacto de retrouendendo longissimi temporis spacio præscribatur, cùm ita conceptum est, vt venditori semper, & quandocunque velit, rem venditam rursus emere liceat? Et aienti opinationi quàm plurimi subscripserunt, *Joannes Faber in l. cùm notissimi. 7. num. 14. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Signorolus consil. 139. Angel. consil. 55. Ancharan. consil. 131. colum. 2. Baldus consil. 330. lib. 1. num. 3. Alexand. consil. 228. lib. 6. col. ult. Anton. Rubeus cons. 3. num. 7. Socin. iunior consil. 145. lib. 1. num. 36. Roland. à Valle consil. 21. num. 43. lib. 2. Celsus Hugo cons. 61. nu. 4. & 5. Jason in l. si mater. 3. num. 5. C. de institutionib. & substit. Francis. Balb in tract. de præscript. 4. part. quintæ principal. quæst. 3. pag. mihi. 439. Carol. Ruin. cons. 167. num. 15. & seq. lib. 1. & consil. 150. per totum. lib. 4. Ludou. Gozad. & Cagnolus in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vend. Couarruu. lib. 1. variar. resol. c. 9. Jacob. Goureius in Comment. ad l. 2. C. de rescind. vend. Wesenb. in Pa-*

in Paratit. ff. de rescind. vendit. num. 6. Tiraquellus in tractat. de retraict conuentionel. §. 1. gloss. 2. num. 7. & 28. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. commun. conclus. tit. de præscript. conclus. 6. Menoch. consil. 143. num. 23. & consil. 201 num. 85. aliiq́; ab his congesti. Sed contrariam sententiam, ceu veritati magis consentaneam, amplexi sunt *Fabianus de Monte S. Sabini in tractat. de empt. & vend. in 3. quæst. 7. quæstionis principal. Francis. Zoannettus ad d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. numer. 33. Cæpoll. cautel. 68. in fin. & cautel. 75. Fulgosius consil. 123. Andr. Sicul. cons. 51. lib. 1. & cons. 22. lib. 4. Joannes Crottus in l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. Chassanæus consil. 11. & in consuetud Burgund. tit. de rentes, vendues. §. 1. in gloss. 1. col. 2. vers. limita hanc, &c. Alciat. in rubric. de præscript. num. 64. Osascus decis. Pedamont. 115. Barbat. consil. 51. num. 9. lib. 1. & cons. 22. lib. 4 Fachineus libr. 2. controuers. iur. c. 13. Borcholt. in Commentar. de usur. c. 6. num. 18. Gomez. tom. 2. resolut. c. 2. num. 28. Treutler.*

vol.1.disp.28.th.10.lit.d. Roberus disp.9. coronid.2. Hænonius disp.6. controuers. 14. Gerhard. dec.6.q.3. Oleman. in notis ad disput.11. Giphany. num.26. Mynsinger. cent.1.obs.16. & Respons.31. num.12. & seqq. ubi ait, hanc sententiam in suprema Curia sæpius fuisse obseruatam. Idque rectè sanè, nec absque euidenti-
163 bus rationibus iuris. Primò enim ei fauet textus *in l. quòd si nolit. 31. §. si quid ita venierit. 22. vers. si verò conuenerit. ff. de ædilic. edict.* vbi licèt actio redhibitoria sit bimestris: si tamen conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat; hanc conuentionem valere, Ulpianus
164 respondit. Et meritò ita respondit: quia cùm verba contrahentium apta sunt ad significandum temporis infinitatem, vt hæc; *semper, quandocunque, in perpetuum, quotiescunque, toties quoties, & similia;* tunc infinitas toleratur & admittitur, *arg. l. si ita stipulatus. 55. ubi Bartol. ff. de fideiussorib. Idem Bartol. Alberic. de Rosat. & Dynus in l. qui bona. 13. §. ult. ff. de dam. infect.* Et facit etiam textus *in l.1. §.1. ibi, totiens, quotiens.*

riens. ff. si familia furt. fecis. dicet. l. si duo. 34. §. fin ff. de receptis, qui arbitrium, &c. §. in primis. 3. infr. tit. de eo, cui libertat. caus. bona addic. & l. in annalibus. 22. C. de legatis.

Secundò huic sententiæ suffragatur 165 *l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit.* vbi Alexander Imp. rescripsit in hæc verba: *Si fundum parentes tui eâ lege vendiderunt: ut, siue ipsi, siue heredes eorum emptori precium quandocunque, vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere conditioni dictæ, heres emptoris non paret: ut contractus fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur, &c.* Ex quibus verbis perquàm luculenter constat: quòd, si in pacto de retrouendendo adijciatur hæc clausula; *ut quandocunque venditor, vel eius heredes velint, pretium offerre, & fundum recipere possint:* hoc pactum omnino sit seruandum, adeoque in perpetuum, non obstante triginta annorum præscriptione, venditori eiusvé heredibus ius redimendi competat. Siqui-

quidem verba, *semper, quandocunque, &c.* designare temporis infinitatem, iam ante ostensum est, *ex l. si ita stipulatus. 55. ff. de fideiussorib. & similibus præallegatis.* Nec mouet quicquam, quòd isthæc verba, tempus perpetuum significantia, sint restringenda ad spacium triginta annorum, *arg. l. in*
166 *rebus. 30. §. 1. C. de iure dot.* vbi actioni de dote triginta annorum metà præscribi dicitur: quamuis alibi expressum sit, causam dotis semper, & vbique esse præcipuam, *l. 1 ff. soluto matrim. item arg. l. minor. 39. §. qui statuliberum. 4.*
167 *ff. de euictionib.* vbi traditur, euictionis nomine aliquem perpetuò obligari: & tamen isti actioni præscribi 30. annis, certum est. Actiones quippe, quibus 30. vel 40. annis præscribitur, perpetuæ vocantur, *arg. l. Prætor ait. 20. §. hoc interdictum. 6. ff. de oper. nou. nuntiat. & infr. tit. de perpet. & temporalib. actionib.* Illud, *inquam*, nihil mouet: quoniam verum est, locumque habet in dispositione legis, non autem dispositione hominis. Nam cùm vna lex dicat,

cat, actionem esse perpetuam, vel ius in perpetuum competere; altera verò lex dicat, omnem actionem spacio 30. annorum extingui: ne repugnantia & contrarietas legum sequatur, necesse est, hoc modo interpretari tempus perpetuum, vt non excedat triginta annos. Quæ ratio in dispositione hominis, de qua nobis quæstio est, planè cessat. *Sed videatur Cynus in l. ult. C. de iudic. & Imola consil. 25. incip. in casu præmisso. in princ. ubi inquit, infinitatem tolerari, quando ex partium conuentione procedit.*

Tertiò opinionem nostram & hæc ratio confirmat: Quia is, qui in mala fide est constitutus, nullo vnquam tempore præscribere potest, *c. ult. ext. de præscript. & fusiùs expositum suprà num. 60.* Atqui emptor, qui promisit reuendere semper & quandocunque, cùm sciat, se ad id esse obligatum, est in mala fide constitutus, *arg. can. si virgo. 5. caus. 34. q. 2.* Ergo nullo vnquam tempore præscribere potest. Nec rationem hanc hebetat, si regeratur, 168

malam fidem hoc in casu emptori non obstare, propterea quòd venditor renunciare videatur iuri redimendi, quod habet, dum illud non exercet, & præterlabi patitur tempus longissimum, quo omnis actio tollitur, *l. sicut. 3. & l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Etenim neutiquam sequitur: venditor tempus longissimum labi permittit, nec rem venditam redimit. Ergo iuri redimendi renunciare censetur. Tum quia iustissimum potest interuenire impedimentum, quò minùs venditor rem venditam redimere valeat: tum quia non ignorat, emptorem, cùm in mala fide sit, præscribere non posse: sicque malam emptoris fidem efficere, vt ille omni tempore actionem & ius suum exercere queat. Quamuis enim tanti temporis spacio omnis actio perimatur: id tamen haud obtinet, vbi mala fides, quæ præscriptionem impedit, subest, *d. c. ult. de præscript. & c. possessor malæ fidei. 2. de reg. iur. in 6.*

169 Quartò huc confert, quòd nullum

vel

vel minimum verbum in contractibus debeat putari ociosè appositum, *auctore Baldo in rubr. Cod. de contrah. empt. quæst. 9.* Sed hæc verba, *quandocunq;, quotiescunq;, &c.* in pacto retrouenditionis apposita, essent omnino ociosa, inutilia & inefficacia, si non operarentur, ne huic pacto tempore triginta annorum præscriberetur: siquidem & sine illis isti pacto non nisi eodem spacio prescribi posset, *iuxta Barbat. d. consil. 51. lib. 1. & d. cons. 22. lib. 4. & Igneum in l. in cognitione. 13. ff. de Senatusc. Silan.* Et si pacto certum tempus, puta 20. 30. vel 40. annorum fuisset expressum: vtique ante illud nulla prorsus præscriptio curreret: quidni igitur etiam, si infinitum tempus expressum fuerit, nullo vnquam tempore currat? *prædicta l. quòd si nolit. 31. §. si quid ita venierit. 22. ff. de ædilic. edict.*

Quintò accedit, quòd pactum huiusmodi de retrouendendo collatum est in liberam voluntatem & potestatem ipsius venditoris, vt scilicet rem

venditam redimere quandocunque
170 possit. Facultati autem adimplendæ conditionis potestativæ nullo vnquam tempore præscribi, liquet *ex l. suus quoq. 4. §. ult ff. de heredib. instituend.* vbi filiusfamilias sub conditione potestatiuâ institutus heres, nullo tempore dicitur esse præteritus: cùm hanc conditionem semper, dum viuit, possit adimplere. Ex quo colligere promptum est, quòd facultati adimplendi talem conditionem non præscribatur: aliâs posset contingere, quòd filiusfamilias inueniret se aliquando præteritum, cùm vsque ad annos centum viuere posset, *l. an usufructus. 56. in fine ff. de usufructu.*

171 Postremò nostram assertionem corroborat ratio, isthuic haud absimilis, *suprà num. 150.* allata: quòd nimirum res meræ facultatis nullâ penitus præscriptione tolluntur, *l. viam publicam. 2. ff. de via publica.* Jam verò ius offerendi pretium, ad rem venditam quandocunque redimendam, videtur esse res meræ facultatis; cùm in mero

&ab-

& absoluto venditoris arbitrio consistat. Ergo nullâ penitus præscriptione tollitur. *Hanc* rationem non infringit, quòd hæc actio, quâ quispiam oblato pretio, ex pacto retrouenditionis petit sibi rem venditã restitui, nõ sit res meræ facultatis: cùm non in absolutâ facti potestate, sed obligationis iure sit posita, sitque ius ex contractu alteri ab altero debitum. Ea namque demum 172
meræ facultatis existimantur, quæ iure dominij nobis competunt; nec ab alio debentur, sed proprijs dominijs insunt. Hæc quia vnà cum dominio voluntate domini possidentur, & ab absoluta domini voluntate dependent, nunquam præscribuntur, *Wesenbec. in Paratit. ff. de rescind vendit. num. 6. Bronchorst. cent. 2. ἐναντιοφανῶν. assert. 62. edit. 2.* Hoc, *inquam*, rationem prædictam non infringit: quoniam respondetur, pactum seu obligationem esse in dominio venditoris, & sic habere dominium quoddam iuris: cui, quia plenum eius dominium venditor habet, præscribi nequit; ac proinde nec

rei, cui ius illud redimendi inhæret. *Similiter* eandem rationem haud imminuit, quòd eæ tantùm res meræ facultatis præscribantur, quæ absolutè
173 tales sunt, non quæ relatiuè. Seruitutes quippe & similia ab alijs debita, quanquam meræ facultatis sunt; tamen per non vsum præscribuntur, *l. sicut. 13. & l. seq. C. de seruitutib. & aq.* Hoc, *dico*, rationem eandem haud imminuit. Tum quia seruitutes præscribuntur propter negligentiam non vtentis: non verò præscribuntur, si ille, cui sunt constitutæ, ob necessitatem ijs vti nequeat, *l. unus ex sociis. 34. in fin. cum l. seq. 35. ff. de seruit. præd. rustic.* Atqui ob necessitatem plerunque venditor non potest redimere rem venditam, deficiente forsan pecuniâ, alióve obstante impedimento. Tum quia seruitutes res esse meræ facultatis, negatur: siquidem hic earum finis est, vt ijs vtamur fruamur: quo fine cessante, meritò tanquam res non meræ facultatis, ptæscriptione amittuntur, *d. l. sicut. 13. & l. seq. C. de seruit. & aq.* Tum etiam quia seruitu-

tes

tes tum demum præscribuntur, si bona fides adsit, *l. unic. C. de usucap. transform. & expositum in §. ult. numer. 16. supr. de seruitutib. prædior.* At nostro hoc casu bona fides, quæ substantiale præscriptionis requisitum est, deficit. Ergo & præscriptio effectum sortiri nequit. *Ita docuit Philip. Hænonius d. disp. 6. sub controuers. 14.* Neque hanc 174
conclusionem eneruat, quòd vbi ratio præscriptionis obtinet, ibi & meritò præscriptio locum habere debeat: in proposito autem themate ratio præscriptionis obtineat: ne scilicet possessores semper metuere repetitionem rei cogantur, & incerta rerum dominia reddantur, *l. 1. ff. de usurpat. & usucap.* Nam huic argumento tum relinquitur locus, si res per se ad vsucapiendum sit idonea, atque vsucapionis requisita, putà bona fides, iustus titulus, &c. non deficiant, *Hænon. d. controuers. 14. in fine.*

Tandem quanto tempore ius ade- 175
undi hereditatem circumscribatur, in disceptationem venit? Et (non attentâ

contrariâ opinatione *Saliceti in l. licèt. 8. C. de iure deliberandi.)* intra metas triginta annorum ius illud consistere, rectè vulgò receptum est. Tum quòd istud ius (sic enim disertè dicitur *in l. si mater. 3. ibi, ius adeundæ hereditatis. C. de institutionib. & subst.)* personale sit, & omnia iura personalia tanto tempore tollantur, *l. sicut. 3. & l. seq. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Tum quòd ius adeundi, & ex aditione quæsitum,
176 sit tanquam habitus, & actus. Jus namque adeundi consideratur vt habitus, & potentia, quæ deducitur ad actum, per aditionem. Atqui ius ipsum, ex aditione quæsitum, eo spacio 30. annorum tollitur, *d. l. sicut. 3. & l. seq.*
177 *C. eod.* Ergo & ius adeundi: cùm infirmiora sint, quæ in potentia, quàm, quæ in actu existunt, *arg. l. in bello. 12. §. si quis seruum. 7. ff. de captiu. & postlim. reuers. & c. 1. §. porrò. qualiter olim poter. feud. alien. tit. 9. lib. 2. feudor.* Adminiculum quoque præbet huic sententiæ textus *in d. l. licèt. 8. C. de iure deliberand.* vbi ius immiscendi, sicque etiam

iam ius adeundi, longi temporis ſpacio non extingui traditur. Ergò à contrario ſenſu, per lapſum temporis longiſſimi, ſiue 30. annorum extinguetur. Sed & pro hac opinione facit, quòd in 178
iuribus incorporalibus ex ſola negligentia eius, qui ius ſibi competens non exercuit, præſcriptio cauſetur, *arg. l. ſequitur. 4. §. ſi viam. 27. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 1. & 2. C. de ſeruitutib. & aq. l. corruptionem. 16. C. de uſufruct. & habitat. Atq; ita ſentiunt Accurſius in l. 3. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Bartol. in l. 1. num. 4. C. de condict. ex lege. Decius num. 8. & Curt. num. 25. in l. unic. Cod. quando non petentium partes, &c. Felin. in c. de quarta. 4. num. 22. ext. de præſcript. Alexander, Corneus, Iaſon, Cynus, Petrus de Bel. Pertic. Alberic. de Roſat. Jacobin. de Sanct. Georg. & alij communiter in d. l. licèt. 8. C. de iur. deliberand. Franciſ. Balb. in tractat. de præſcriptionib. 4. part. quartæ princip. quæſt. 19. pag. mihi. 283. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. c. 9. num. 27. Duaren. ad tit. ff. de acquir. vel omitt. hered.*

c. 2. Soarez. in thesaur. recept. sentent. lit. H. num. 13. & Corasius lib. 6. miscellan. iur. ciu. cap. 21. ubi contraria refellit.

179 Præscriptione quadraginta annorum perimuntur actiones, quæ Ecclesiis & piis locis, in rebus immobilibus corporalibus & incorporalibus competunt, *auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. c. de quarta. 4. c. ad aures. 6. & c. illud. 8. ext. de præscript. Heigius part. 1. quæst. 16. num. 46. Balb. in tract. de præscript. 1. part. quintæ principal. in princ. pag. mihi. 324. Couarruu. in c. possessor. part. 2. relect. §. 2 num. 3. de reg. iur. in 6.* Omnes item actiones, quæ 30. annorum curriculo non extinguuntur, vt actio hypothecaria, *l. cùm notissimi. 7. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* & quæ per litis contestationem perpetuatæ sunt, *l. final. C. d. tit. l. 1. §. 1. in fin. C. de annali except.* spacio 40. annorum excluduntur, *l. omnes. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

180 Et quidem hypothecaria actio (quæ datur creditori ad hypothecam persequendam) ita de-

ita demum 40. annis tollitur, si aduersus debitorem ipsum, eiusvé heredem moueatur, *d. l. cùm notissimi. 7. §. 1. C. eod.* Secus est, si à tertio siue extraneo possessore res vindicetur. Tum enim si is bona fide possideat, remouetur creditor præscriptione 10. aut 20. annorum, *l. 1. & 2. C. si aduers. credit. præscript. opponat. l. si à creditore. 7. & l. ult. C. de obligat. & act.* sin mala fide, tricennali præscriptione actio excluditur, *l. sicut. 3. & d. l. cùm notissimi. 7. in princ. C. de præscript. 30. vel 40. an. Donell. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. ult. pag. 414. num. 30. & seq. Zanger. in tractat. de exceptionib. part 3. c. 8. num. 67. D. Obrecht. disput. 27. th. 230. & sequentibus.*

Centum annorum præscriptionem res Ecclesiæ Romanæ, Ciuitatum, ac Principis, & in redemptionem captiuorum relictas, recipere plerique tradiderunt, *l. ut inter. 23. iunctâ auth. quas actiones. ibiq; Bartol. & Jason. C. de sacros. Eccles. Nouell. 9. c. ad audientiam. 13. circa finem. c. cùm nobis, 14. &* 181

c. si

c. si diligenti. 17. ad fin. ext. de præscriptionib. Balb. in tractat. de præscript. 1. part. quintæ principal. in princ. num. 16. cum seqq. pag. 333. Couarruu. in c. possessor. part. 2. relect. § 2. num. 6 & 9. de reg. iur. in 6. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 4. ad lit. M. Cæterùm doctissimi quidam Jureconsulti, ad istam rerum Ecclesiæ Romanæ præscriptionem annos quadraginta iure ciuili sufficere, haud temerè affirmant, *per Nouell. 111. & Nouell. 131 c. 6. Cuiacius lib. 5. obseruat. c. 5. Donell. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 31. D. Bocer. class. 4. disput. 19. thes. 54. lit. b. edit. 1. Vulteius hîc num. 20. & D. Obrechtus disp. 27. thes. 261. & seqq.*

182 Denique regalia, Principique reseruata præscriptionem immemorialem (quæ à centenariâ quomodo differat, copiosè explicat Didacus Couarruu. *in d. c. possessor. de reg. iur. in 6. part. 2. relect. §. 3. num. 6. & Farinac. in tractat. crim. lib. 1. tit. 5. q. 47. num. 119. & seq.* Tametsi moribus nostris discrimen nullum inter vtramque obseruari videatur)

deatur) requirere, Doctores votis conspirantibus concludunt, *per textum expressum in c. super quibusdam. 26. §. praeterea. ext. de verbor. signif.* Reichs Abschiedt zu Augspurg/ *de Anno* 1548. *pag.* 10. §. vnd sol vnser. *&* §. wann auch ein Außgezogener. *ibi*, daß er je in Menschen Gedächtnuß. *& pag. seq.* §. wo aber jnnerhalb Menschen Gedencken/ꝛc. *Bartol. in l. si publicanus. 4. §. ult. num. 1. ff. de publican. Speculat. tit. de caus. possess. & proprietatis. §. quid verò. vers. quid de colligentibus pedagia, &c. Salicet. in l. vectigalia. 2. C. vectigalia noua institui non posse. Panormitan. in c. cùm non liceat. 12. ext. de praescript. Bald. consil. 46. vol. 1. Alexand. cons. 6. vol. 1. Gœden consil. 3. num. 24. & cons 32. num. 8. Roland. à Valle consil. 3. num. 82. lib. 1. Crauett. cons. 54. num. 8. & de antiquitat. temp. part. 4. § absolutis. num. 13. pag. 190. & seq. Decian consil. 24. num. 112. vol. 1. Balb. in tract. de praescript. 2. part. 5. part. princ. q. 4. pag. 415. Mynsing. cent. 5. obs. 29. nu. 11. & seqq. Gail. lib. 1. obs. 21. num. 15. &*

lib. 1.

lib.1.de pace publ.c.6.num. 11. Borcholt. in explicatione c. un. quæ sunt regalia. num. 15. D. Bocer. in tract. de regalib. c. 4. num. 45. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. num. 21. Rosenthal. in synopsi iur. feud. c. 5. conclus. 14. Ioan. Schonerus lib. 1. disput. feud. disp. 4. thes. 15. aliiq́; plures per hos citati.

183 Neque huic receptissimæ conclusioni aduersatur textus *in l. comperit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. in d. c. cùm non liceat. 12. & c. cùm ex officij. 16. ext. de præscript. & in c. venerabili. 24. ext. de censib.* quibus in locis notatur, quòd solutioni census, & iuri Imperiali, quod Imperator sibi reseruat in signum recognitionis dominij vniuer-
184 salis, nullo tempore præscribatur. *Nam* ea, quæ summo duntaxat Principi competunt, duplicis censentur conditionis. Quædam reseruata sunt Principi in signum subiectionis & superioritatis; vt tributum, & census: atque hæc nullius temporis præscriptioni subiacent, *per iura modò adducta.* Quædam verò reseruata sunt Principi in signum singu-

ſingularis priuilegij; vt legitimare ſpurios, creare tabelliones, erigere vectigalia, exigere vectigalia & pedagia, &c. atque in his, & ſimilibus regalibus præſcriptio temporis immemorialis locum habet, *d. c. ſuper quibuſdam. 26. §. præterea. ext. de verb. ſignif. Et ita post Balbum in d. tractat. de præſcript. part. 2. quintæ princ. q. 1. num. 1. pag. 397. & pag. 400. item quæſt. 2. & quæſt. 4. num. 1. pag. 415. Nicolaum Boër. deciſ. 264. num. 19. & Modeſtinum Piſtoris conſil. 4. num. 28. vol. 1. benè diſtinguit D. Collega Bocer. in d. tract. de regalib. c. 4. num. 47.*

Licèt autem ad hanc regalium præ- 185
ſcriptionem ſcientiam & patientiam Imperatoris eſſe neceſſariam opinetur Bartolus, eiuſque aſſeclæ *in d. l. ſi publicanus. 4. § ult ff. de publican.* contraria tamen ſententia & verior eſt, & re-
ceptior: eò quòd iſthæc præſcriptio 186
per ſe vim priuilegij, ex certa ſcientiâ conceſſi, obtineat, *d. c. ſuper quibuſdam. 26. §. præterea. ext. de verb. ſignif. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. &*

æſtiu.

astiu. Alexand. consil. 6. lib. 1. Roland. à Valle consil. 91. num. 15. vol. 2. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 9. num. 1. Rosenthal. d. c. 5. conclus. 15. Borcholt. in d. c. un. quæ sunt regalia. num. 16. & seq. ubi hanc in rem
187 *plura coaceruat.* Nec obsistit quicquam *l. 2. ibi, eo sciente. C. de seruit. & aq.* vbi scientia requiri videtur. *Lex* enim ista de longi temporis præscriptione accipienda est, nequaquam verò de eâ, cuius origo memoriam hominis excedit, *tradente D. Bocero d. tract. de regalib. c. 4. num. 48.* Præterea in lege illa scientiæ ideo mentio facta videtur: quia is, qui se præscripsisse contendebat, ipse dixerit, se sciente domino vsum esse seruitute: sicut nouum non est, vt Imperatores suis sæpè rescriptis eas etiam, oblato sibi libello insertas, repetant facti circumstantias, quę ad iuris definitionem nullo modo necessariæ putantur.

188 Quæstio hîc oritur non leuis: si Dux, Comes, Baro, aut Ciuitas Imperialis regalia, vel ex concessione Principis, vel præscriptione temporis immemoria-

morialis possideat, & tertius aliquis contra horum quempiam ea regalia (quæ Doctores formata vocitant) præscribere velit, num similiter temporis immemorialis præscriptione opus habeat: an præscriptio temporis longissimi, annorum putà 30. vel 40. sufficiat? Et quidem eo quoque casu tempus, cuius initij non extat memoria; desiderari sequentibus non contemnendis rationibus ostendit D. Collega Bocerus *d. c. 4. num. 54.* Tum quòd regulariter ea, quæ non nisi ex speciali Imperatoris concessione & priuilegio alicui competunt, immemorialis solummodo temporis præscriptione acquiruntur, *d. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æstiua.* Tum quòd in istiusmodi præscribendis iuribus requiritur præscriptio, quæ concessioni Principis specialiter factæ æquipolleat, qualis est præscriptio temporis immemorialis, *d. c. super quibusdam. 26. §. præterea. ext. de verb. signif. & d. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æstiu.* Tum etiam quòd is, cui ab Impe-

L rato-

ratore regalia sunt concessa, alij cuiquam ea vicissim concedere nequit, *ut post Bartolum & Imolam in l. in diem. 8. ff. de aqua, & aquaepluu. arcend. Socinum cons. 7. vol. 3. Bertachinum in tract. de gabell. part. 1. q. 14. & AEgidium Boss. in tit. de regalib. num. 35. sentit Antonius Peregrinus lib. 1. de iure fisci.*
189 *tit. 2. num. 101.* Proindeque nec praescriptionis titulo regalia transire poterunt ab illo, cui ab Imgeratore ea fuerunt concessa: quippe cùm concessio & praescriptio eiusdem sint conditionis, naturae ac potestatis, *l. alienationis verbum. 28. ff. de verb. signif. d. l 3. §. ductus aquae. ff. de aq. quot. & aest. d. c. super quibusdam. 26. §. praeterea. ext. de verb. signif.* Et quamuis regalia semel alij alicui ab Imperatote sint concessa: id tamen eorum naturam non mutat, *arg. l. cùm precariò. 12. in princ. ff. de precario.*
190 *& l. more. 5. ff. de iurisdict.* Sed haec sententia licèt à veritate theorica non sit aliena; adeoque in Scholis disputando sustineri possit: attamen cùm contraria opinio, quae praescriptionem trigin-

triginta vel 40. annorum proposito in themate sufficere suadet, communiter sit recepta; ab ea in praxi recedere periculosum fuerit, *vel ipso D. Bocero teste, loco praallegato*: præsertim cùm ea tra- 191
ditio videatur verior, quæ à maiori Doctorum parte approbatur, *arg. l. minimè. 13. ff. de legib. l. rescriptum. 10. §. ult. ibi, & alÿ plerique. ff. de pact. l. 1. in princ. ibi, sanè crebrior apud veteres opinio est ff. de offic. quæstor. l. athletas. 4. in princ. ibi, & generaliter omnes opinantur. ff de his, qui not. infam. l. quæsitum. 12. § sed si fundus. 27. ff. de instruct. vel instrum. legat.* & communis opi- 192
nio vim consuetudinis obtinere dicatur, *iuxta Baldum in c. ne innitaris. 5. ext. de constitutionib. & Menochium in tract. de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 71. num. 3.* Istam autem tenent opinionem *Bartolus in d. l. si publicanus. 4. §. ult. num. 1. in fin. ff. de publican. & vectigalib. Felin. in c. cùm nobis. 14. ext. de præscript. Baldus consil. 370. num. 1. circa fin. lib 3. Crauet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. absolutis differentiis.*

rentiis num. 13. Borcholt. in d. c. un. quæ sunt regalia. num. 19. Vult. d. lib. 1. de feud c. 9. num. 21. & Rosenthal. d. synops. iur. feud. c 5. conclus. 16.

193 Illud quoque circa præscriptionem regalium silentio non inuoluendum, quidam arbitrãtur: quòd ea strictè sint accipienda; nec de vna specie ad aliam extendenda, *Henricus à Rosenthal. d. c. 5. conclus. 17. Vulteius d. c. 9. num. 21. in fine & D. Bocerus d. tract. de regalib. c. 4. num. 56.*

194 Quónam tempore iurisdictio præscribatur, variè agitata, magnique momenti quæstio est? Verùm cùm iurisdictionis, meri & mixti imperij quasi possessio habeat causam continuam: quippe cùm à personâ intra territorium in subditos, non verò ab ipso territorio exerceatur: sicque à personâ animo, sine intermissione aliquâ, adeoque continuò, seruitutum exemplo retineatur, *arg. l. possideri. 3. §. in amittenda. 6. & §. saltus. 11. l. clam possidere. 6. §. 1. l. si id, quod. 25. §. fin. ff. de acquir. vel amitt. poss. Bartol. in l. iusto. 44. §.*

non

non mutat.5.num.4.ff.de usurpat. & u-
sucap. Bald.consil.439.numer. 4. vol.3.
Couarruu. in c. possessor malæ fidei. 2.
part.relect. §.3.num.3. de reg.iur. in 6.
Hucq; referenda sunt, quæ notauimus
suprà in §. ult. tit. de seruitut. prædior.
num.6.& seq. firmiter inde, & constan-
ter concluditur, iurisdictionis præscri-
ptioni tempus longum, quo reliqua
iura incorporalia acquiruntur, suffice-
re, *l. ult. in fin. C. de præscript. longi temp.*
l. viros. 8. in fin. ibi, longo tempore. C. de
diuers. officiis & apparitorib. iudic. l.
ult. ibi, vel ex longa consuetudine. C. de
emancipat. liberor. Idque crebriùs pla-
cuisse, apparet ex notatis Francisci Bal-
bi *in tract. de præscript. 2. part. 5. princi-*
pal. quæst. 3. num. 4. & seq. pag. 410. Cæ-
terùm hoc tempus eo casu minimè 195
sufficit, quo aduersus ipsius Principis
iurisdictionem præscribitur. Tunc e-
nim quasi possessionem tanti tempo-
ris, cuius initij non existit memoria, re-
quiri verius est, *arg. c. 1. de præscriptio-*
nib. in 6. d. c. super quibusdam. 26. §. præ-
terea. de verb. sig. & Nouell. 9. cùm pro

 Prin-

Principe (cuius voluntate iurisdictio, quæ tota eius est, in alium transfertur, *arg. l.* 1. *ff. de constitutionib. Princip.*) iuris præsumptio sit, ad ipsum spectare
196 iurisdictionem: præscribenti verò eadem aduersetur, *d. c.* 1. *de præscript. in* 6. ac maximè Principi hoc competat priuilegium, vt contra ipsum eiusmodi tantùm temporis præscriptio pondus habeat, *Couarruu. ad d. c. possessor.* 2. *part. relect.* §. 2. *num.* 9. *vers. secundò illud.* & §. 3. *num.* 3. *de reg. iur. in* 6. *Longouall. in repetitione. l. imperium.* 3. *part.* 4. *art.* 2. *num.* 44. *cum seqq. ff. de iurisdict. Paurmeister. lib.* 1. *de iurisdict. imperij Rom. c.* 21. *num.* 38. *ubi plures, diuersas in partes abeuntes, citat.* Quòd si tamen eiusmodi præscribens titulum allegare valeat: tempus quadraginta annorum sufficere rectè statuitur: siquidem titulus tunc efficit, ne iuris contraria præsumptio tantopere obstare ampliùs præscribenti possit, *arg d. c.* 1. *de præscri. in* 6. *c. de quarta.* 4. *c. ad aures.* 6. & *c. illud.* 8. *ext. de præscriptionib. l. ult. C. de fundis patrimonialib.* &c.

lib. &c. Planè de quasi possessione, quâ 197
præscriptio iurisdictionis, sicut & aliarum rerum incorporalium nititur, hoc notandum est: eam vsu iurisdictionis (vsus quippe nihil aliud est, quàm possessio rerum incorporalium, *l. ult. ff. de seruitutib. l. quæstio. 115. §. possessio. ff. de verb. sig.*) putà exercitio earum rerum, quæ potestate iurisdictionis fiunt, & quidem vnico actu induci, *arg. c. cùm Ecclesia Sutrina. 3. ibiq; Panorm. num. 23. & Ripa num. 52. cum seqq. ext. de caus. possess. & propriet. Tiraquell. in tract. de iure primigenior. q. 39. num. 2. & 3. Ferrar. in sua pract. in forma libelli actionis confessoria, gloss. 7. num. 14. Hieron. de Monte in tract. de finib. regund. c. 78. num. 1. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iud. cent. 2. cas. 160. numer. 2. & consil. 402. num. 41. Mynsinger. resp. 16. numer. 31.* Wesenb. *cons.* 18. *num.* 18. *D. Bocer. in tractat. de iurisdict. c. 8. num. 107. qui omnes & alios allegant.*

Etsi verò plerique existimant, in hac 198
iurisdictionis vsucapione interuenire debere scientiam & patientiam eius,

contra quem præscribitur, *l. quotiens. 15. §. ult. & l. quotiens via. 20. siue ult. ibiq́; Costalius. ff. de seruitutib. l. 2. C. de seruitutib. & aq. l. si à te emero. 16. ff. si*
199 *seruitus vindicet.* quòd patientia sit loco traditionis, *arg. l. si ego. 11. §. 1. ff. de Public. in rem act. & l. 1. §. ult. ff. de seruit. præd. rustic.* patientia autem sine scientia non videatur posse interueni-re: cùm ignorans propriè pati non dicatur, *arg. l. 1. § scientiam. 3. ff. de tributor. act. & l. qui patitur. 18. ff. mandati. Couarruu. in d. c. possessor. part. 2. relect. in initio. num. 8 de reg. iur. in 6. Corasius ad l. seruitutes. 14 num. 39. cum seqq. & ad d. l. ult. num. 11. & seqq. ff. de seruitutib. Wesenbecius consil. 5. num. 15. Menoch. de arbitr. iudic. quæstionib. d. lib. 2. cent 2. cas. 161. num. 3. & seqq. Gail. lib. 2. obs. 66. num. 5. & 6. Modestin. Pistoris consil. 51. num. 10. vol. 1. hosq́; referens D. Bocer. d. tract. de iurisdict. c. 8. num. 102. Quibus addantur & ij, quos citat & sequitur Paurmeister. d. lib. 1. de iurisdict. c. 22. num. 12. & seqq.* attamen scientiam non requiri; sed solum vsum non

impe-

impeditum, sicque eiusmodi saltem patientiam, quæ vicem traditionis obtinet, sufficere veritati magis consonum videtur, *per l. ult. in fine. C. de præscript. long. tempor. l. 1. §. 2. ubi Bartol. ff. de itinere actuq; priuat. l. & si fortè. 6. §. 1. ff. si seruit. vindicet. d. l. ult. ff. de seruitutib. latè Longouall. in repetitione. d. l. imperium. 3. part. 4. artic. 3. num. 1. & seqq. ff. de iurisdict.* Sanè summatim hoc dici poterit: si iurisdictio longo præscribatur tempore, cùm tunc titulus, ex quo traditio seu acquisitio quasi possessionis sequitur, desiderari putetur, *ut, post Franciscum Purpuratum consil. 378. num. 7. pluribus euincere conatur Tobias Paurmeister. d. lib. 1. de iurisdict. c. 21. num. 21. & aliquot subseqq.* non requiri scientiam, & patientiam propriam illam, quæ scientis esse dicitur: si verò immemoriale tempus exigatur, tunc patientiam illam, ex scientia descendentem, multò minùs esse necessariam: quoniam tanti possessio temporis habet vim priuilegij, iustique tituli, *d. l. 3. §. ductus aquæ ff. de*

aq. quotid. & æstiu. d. c. super quibusdam. 26. §. præterea. ext. de verb. signif. Quanquam autem Longouallius *d.*
200 *part. 4. art. 3. num. 17. & seqq.* non vsque adeò absurdè sentire videtur, titulum ad iurisdictionis vsucapionem haud esse necessarium, *per l. si quis diuturno. 10. ff. si seruit. vindicet.* *respondens ad d. l. final. C. de præscript. long. temp. & ad d. l. si ego. 11. §. 1. ff. de Public. in rem actiion.* tamen si is etiam maximè necessarius iudicaretur, sicque præscriptione longissimi temporis, eo deficiente,
201 opus esset: scientia tunc ideo præsumeretur, quòd actus iurisdictionis publicè geri, atque in aliorum notitiam peruenire soleant, *arg. c. illud dominus. 5. ext. de clerico excommunicato, &c.* Patientia porrò generaliter illa ad hanc præscriptionem necessaria est, quæ ex solo eo consistit; quòd nullum sit impedimentum ei, qui alienâ vtitur iurisdictione, factum, *d. l. si quis diuturno. 10. in fine princ. ff. si seruit. vind. l. 1. in fin. ff. de seruitutib. & aq.* Violentus siquidem alienæ iurisdictionis vsus, siue aba-

ab alio prohibitus, nihil prodest, *l.2. ibi, usus tibi interdictus. C. eod. tit.* cùm 202
quasi possessio per actum etiam vnicum dispatientiæ (vt loquuntur) rumpatur; *docente, post alios, Wesenbecio consil.* 18. *num.* 19. Ex quibus intelligere promptum est: huic præscriptioni exceptionem ignorantiæ non facilè posse adferre impedimentum.

Nec aduersatur huic opinioni *prædicta l. 2. ibi, eo sciente. C. de seruitutib. & aq.* quæ scientiam aduersarij efflagitare videtur. *Primùm* enim ibi Antoninus Imp. rescripsit ad certam facti speciem, à Martiali quodam sibi propositam, in qua scientiæ domini quasi obiter mentio facta fuit: quæ circumstantia, ab Imperatore in suo rescripto
repetita, ad iuris decisionem nihil pertinet, *ut expositum suprà num.* 187. Deinde & hoc dici potest: quod *d. l. 2.* obscurior, aut sumere ex clariore *l finali, in fine. C. de præscript. long. temp.* interpretationem debeat: aut certè admittendum sit, constitutione nouissimâ illâ *dictæ l. fin.* correctum esse ius, de 203

quo

quo in *d, l. 2.* tractatur. Nam quò minùs credi possit, Justinianum Imp. *in d. l. final. circa finem.* versiculum istum, *Eodem obseruando, &c.* tantùm ad tempus definitum (*secundùm quorundam sententiam*) retulisse: ex pluribus, quæ obstant, hoc vnum duntaxat nunc sumo: scilicet nimis esse absurdum, dictum versiculum, *Eodem obseruando,* ad reliqua, de quibus *in d. l. final.* disponitur, & non etiam ad proximè præcedentia, in quibus de scientia & ignorantia agitur, referre. Præterea si is, qui titulo munitus est, contra
204 ignorantem præscribit, *ut tradunt Paulus Castrens. & Albericus de Rosat. in d. l. 2. C. de seruit. & aq. Couarruu. in d. c. possessor part. 2. relect. in initio, num. 8. vers. secundò, & c. de reg. iur. in 6. Cæpol. in tract. de seruit. urban. præd. c. 20. Corasius ad d. l. seruitutes. 14. num. 39. ff. de seruitutib. Wurmbser. in practic. obseruat. tit. 27. obs. 5. num. 9. Wesenbecius in Paratit. ff. de seruitutib. num. 5. & consil. 5. num. 15. & alij:* dici non poterit, ex scientia quasi possessionem induci;

duci : cùm nulla ſit ſine poſſeſſione præſcriptio, *l. ſine. 25. ff. de uſurp. & uſucapionib.* Nec etiam poteſt doceri, dictam *l. 2. C. de ſeruit. & aq.* loqui de eo, qui titulo caret: imò contrarium potiùs euincitur: cùm in ea expreſsè dicatur, ſeruitutes exemplo rerum immobilium, in quibus titulus neceſſarius eſt, præſcribi.

Sic nihil reſiſtit *præallegata l. ſi à te* 205
emero. 16. ff. ſi ſeruit. vindicet. vbi ſimiliter ſcientia aduerſarij requiri videtur. *Etenim* non difficulter negari poteſt: licèt ibi non conſtaret, ſciente domino emptorem ſtillicidium immiſiſſe, eum ideo agere vel excipere non poſſe: vt ita ſcientiæ mentio ex abundanti ſolummodo, occaſione facti Juriſconſulto Juliano propoſiti; facta intelligatur.

Inſignis admodùm & ardua, vſu- 206
que frequentiſſima diſcutienda occurrit quæſtio: ſi quis vno tantùm actu alicuius iuriſdictionis; putà amputatione capitis per legitimum temporis ſpacium vſus ſit, ſicque iſtius pœnæ irroga-

rogationem præscripserit: anné merum imperium totum quæsiuisse præscriptione censeatur? Et quamuis multi egregij Jureconsulti id negent, *Bartol. in l. 1. § si quis hoc interdicto. 4. num. 1. ff. de itin. actuq́ priuato. Schurpfius cons. 86. num. 9. & seqq. cent. 2. Hieronymus de Monte in tract. de finib. regund. c. 78. num. 9. & seqq. Corneus consil. 142. in princ. & consil. 333. num. 46. vol. 1. D. Bocer. d. tract. de iurisdict. c. 8. num. 108. & Wesenb consil 95. num. 6.* crebriùs tamen, rectiusque placuisse reor: eum, qui in vna specie siue gradu aliquam vsurpauit iurisdictionem, omnes alias eius iurisdictionis species siue gradus acquisiuisse: sive eum, qui vnam quampiam meri imperij pœnam irrogauerit, omnium aliarum ad merum imperium pertinentium pœnarum infligendarum potestatem sibi comparasse, *arg. l. una est via. 18. ff. de seruit. rustic. præd. & l. si eo. 9. in fin. ff. si seruit. vindicet.* Qui enim pro parte vtitur eiusmodi iure: is totum illud vsurpare reputatur, *l. 2. & l. si stillicidij.*

8. cir-

8. circa finem. ff. quemadm. seruitutes amitt. l. is, qui. 20. ff. quib. mod. ususfruct. vel usus amitt. d. l. si eo. 9. in fin. ff si seruit. vind. Unius igitur actus meri imperij exercitio omne merum imperium, adeoque etiam in actibus maioribus, quàm quos præscribens exercuit, intelligitur præscriptum: quia e- 207
iusdem illi speciei censentur: cùm plus & minus non cōstituant speciem, sed duntaxat gradum, *arg. l. ult. ff. de fund. instruct. vel instrum. legat. Bald. Paulus de Castro, Alberic. de Rosat. & Jason num. 23. (ubi hanc sententiam magis communem pronunciat) in d. l. imperium. 3 ff. de iurisdict. Innocent. in c. dilectus. 2. ext. de capellis monachor. Cynus & Salicet. in l. 1. in fin. Cod. de emancip. liber. Balbus in tractat. de præscript. 2. part. princ. q. 2. num. 22. pag. 53. Modestinus Pistoris cons. 4. num. 42. vol. 1.* Sicut &, qui vnâ specie collectarum v- 208
sus est, omnes eius iuris species, etiam de nouo emergentes, acquisiuisse dicitur, *per notata Alexandri consil. 68. & consil. 210. vol. 2. Schurpfij cons. 59. num. 26. &*

26. & 27. cent. 1. & Modestini Pistoris d.
209 *cons. 4. num. 43.* Species etenim sub genere positæ, habent caudas ad inuicem colligatas, *ut bellè ait glossa in c. accusatus. 8. §. eum verò. in verb. iudicari. de hæreticis. lib. 6.*

210 Nec potest obijci, præscriptionem tanquam odiosam non debere extendi ab vna specie ad aliam, *arg. l. 1. §. Julianus ait. 5. ff. de itin. actuq; priuat. c. auditis. 15. c. cùm olim. 18. ext. de præscript. & d. c. dilectus. 2. ext. de capellis monachor.* Nam specie iurisdictionis, non iure eius tantùm speciei, sed totius generis, sub quo species continetur, vti præscribens existimatur, *arg. d. l. si stillicidij. 8. in fin. ff. quemad. seruit.*
211 *amitt.* vbi qui per partem it, iure totius seruitutis debitæ vtitur. Eòdem
212 facit *d. l. 2. ff. d. tit.* vbi actum habens itinere, non iure itineris, sed actus vtitur. Facit item *d. l. is, qui usumfructum. 20. ff. quib. mod. usufruct. vel us. amitt.* vbi fructuarius vtitur tantùm, non iure vsus, sed vsusfructus. Confert denique textus *in c. cùm in tua, 30. ext. de*

deci-

decimis. vbi (*secundùm intellectum, quem Joannes Andr. & Panormitanus dicunt verissimum*) scribitur : si per quadraginta annos triticum sit in aliquo prædio seminatum, eiusque decimas non Ecclesia parochialis, sed monasterium collegerit: idem quoque decimas alterius frumenti postea seminati (licèt Ecclesia habeat pro se ius commune , *per c. cùm contingat. 29. ext. d. tit.)* iure præscriptionis colligere. Ex quo textu Panormitanus ibi singulariter infert : eum, qui in loco aliquo actus exercuit alicuius iurisdictionis, posse adimpletâ præscriptione, alijs omnibus ad eandem iurisdictionem pertinentibus actibus vti. Unde non ineptè quidam tradunt: ex præscriptione specierum resultare prescriptionem generis, *Baldus in disputatione sua, incip. Appulus castris. colum. penult. allegans ad id l. si chorus. 79. ff. de legat. 3. eumq; referens D. Zasius consil. 16. num.* 8. *& 57. lib. 2.* Cæterùm vnius præscriptio speciei non continet aliam diuersam speciem : vtputà criminalis

213 214 215

non continet ciuilem, *arg. l. si priùs. 17. in princ. ff. de aqua, & aquæ pluu. arcend.* Tantum enim præscriptum,
216 quantum possessum, *d. l. 1. §. Julianus. 5. ff. de itin. actuq́; priuat. Jason in d. l. imperium. 3. num. 23. versic. & sic vides, &c. ff. de iurisdict.* Atque hæc procedunt, si alius, scilicet aduersus quem præscribitur, sit in quasi possessione generalis iurisdictionis: quo casu vsu vnius actus omnes similes species præscribi, iam antè ostensum est. Nam si nemo sit in eius quasi possessione constitutus: tunc dicendum videtur, vsu vnius actus siue speciei, contemplatione generalis iurisdictionis interposito, generalem iurisdictionem acquiri: propterea quòd iurisdictio respicit vniuersalitatem, *ut Doctores loquuntur:* & sic vna est iurisdictio, etiamsi multis varijsque modis exerceatur, *arg. d. l. una est via 18. ff. de seruit. rustic. præd. & similium suprà allegatarum. & notat Tiraquel. in tract. de iure primigenior. quæst. 39. num. 2. & 3.*

217 Non tuetur contrariam sententiam

prædi-

prædictum c. cùm contingat. 29. ext. de decimis. vbi decimarum præscriptio non extenditur ad noualia : cùm tamen decimæ eiusmodi omnes eiusdem sint speciei. *Quandoquidem* longè diuersa est in ijs præscribendis ratio. Quemadmodum enim decimæ in perceptione fructuum consistunt : ita non ius per se incorporale, & absolutè indiuiduum, sicut seruitus vel iurisdictio, videri possunt. Proinde cùm *in d. c. 29.* decimas ad parochialem Ecclesiam iure communi pertinentes alia Ecclesia præscripserit in fundis illis, qui tunc fructus ferebant: meritò decernitur, noualium decimas præscriptas non esse. Quia sicuti decimæ in eadem parochia possunt ad plures Ecclesias spectare; commodamque earum perceptio non minùs, quàm fructuum, admittit diuisionem (potest enim quis in hac, alius in alia, tertius item in alia agrorum vniuersitate, quin etiam his, vel illis agris tantùm decimas colligere, &c.) ita in agris præsentibus præscriptæ non possunt in futuris, adeo-

que noualibus, à præscribente percipi: cùm hoc casu rectè dicamus, non plus præscriptum, quàm possessum, *d.l.1.§. Julianus.5.ff.de itin.actuq́ priuat.* Nec etenim istiusmodi vniuersalitas est (*ut cum Doctoribus nostris loquar*) decimarum perceptio, qualis est iurisdictio: quæ non solet ita in vno loco pertinere in his agris ad hunc, in illis ad alium: id quod facilè in decimis euenit, *per c.cùm in tua.30.ext.de decimis.* quæ etiam in eodem sæpiùs agro ad diuersos, pro fructuum diuersitate, pertinent. Quocirca cùm sit alia decimarum qualitas, alia iurisdictionis; quæ non in fructibus colligendis, sed potestate coërcitionis versatur, vt diuisionem eiuscemodi non admittat: nemini profectò mirum videri debet, si non idem planè ius in vtroque statuatur, *arg.l.qui fundum.7.§.1.ibi, propriam ac separatam conditionem habent.ff. pro emptor.l.inter stipulantem.83 §.sacram. vers. sed hæc dissimilia sunt.ff.de verb.obligat.cum concordantibus.*

218 Nihil etiam dissentientium opinationem

tionem iuuat *præallegatum c. auditis. 15. verſ. ſi autem, &c. & c. cùm olim. 18. ext. de præſcriptionib.* quibus in locis ille, qui exercet iura epiſcopalia, ea tantummodo, quæ in ſpecie exercuit, & non alia eiuſdem ſpeciei iura acquiſiuiſſe dicitur. *Nam ad c. auditis.* quod attinet, in eo Abbas plurium quaſi poſſeſſione iurium epiſcopalium ideo totum ius epiſcopale non præſcripſit: quia Epiſcopus quibuſdam in actibus præſcriptionem interrupit. Quare ſi nulla interueniſſet interruptio: Abbas vſu plurium omnia præſcripſiſſet iura: cùm interruptionis probatio Epiſcopo incumbat, Abbate ex præſcriptione plurium iurium fundatam in toto iure epiſcopali intentionem habente, donec contrarium probetur. Igitur *dictum c.* 15. noſtram affirmatiuam potiùs confirmat, quàm impugnat, ſententiam: videlicet eum, qui plures actus iuriſdictionis, vel epiſcopalis poteſtatis præſcripſit, totum ius acquiſiuiſſe cenſeri, donec ex aduerſo doceatur,

rur, qui actus siue quæ species non præscriptæ fuerint.

219 Quantum autem concernit *d. c. cùm olim. 18. ext. de præscriptionib.* fortassis nõ insulsè dici poterit, in eo non solùm ius commune, sed etiam arbitrium quoddam Abbati præscribenti fuisse impedimento: ita vt duo impedimenta, legis & hominis (*uti loquuntur*) magis obsint, quàm vnum, *arg. l. sed & si quis. 4. §. quæsitum. 4. ff. si quis cautionib. in iudicio sist. caus. &c. & Nouell. 120 c 9.* Aut etiam verior videtur interpretatio illa, de qua glossa *in d. c.* 18. textum intelligit: nimirum iura ibi enumerata, quæ præscripta dicuntur, illi arbitrio, cuius mentio fit, non fuisse inserta: vt sic ideo reliqua, de quibus arbitrium fuerat interpositum, præscripta non sint ob malam fidem. Haud enim credibile est; Abbatem illum cum monachis suis ignorasse, arbitrium factum esse: cùm nemo præsumatur ignorare eius instrumenti, quod secum habet, tenorem, *arg. l. non est ferendus. 12. ff. de transactionib.*

Cepha-

*Cephalus consil.361. num.*33. Neque etiam verisimile est; si *(ut alij volunt)* arbitrium ad omnia iura pertinuisset, Episcopum id non principaliter & præcipuè allegaturum fuisse, *dicto c. 18. ibi, principaliter, &c.* Sed & nec hoc crediderim: si de ijs quoque iuribus, quæ præscripta pronuntiantur, promulgatum arbitrium fuisset, Pontificem satis alioqui verbosum non verbo saltem aliquo indicaturum fuisse. malam fidem non obesse, in qua præscribens Abbas per arbitrium constitutus videri probabiliter poterat.

Nihil tandem sententiæ contrariæ adminiculatur textus *in d. l. si priùs.* 17. *in princ. ff. de aqua, & aquæ pluu. arcend.* vbi is, cui aquæ nocturnæ & diurnæ vsus concessus est, si nocturnâ tantùm sit vsus, amittit diurnam; licèt ea cum nocturna eiusdem sit speciei. *Loquitur* namque Paulus JC. non de eo casu, quo vna vtriusque aquæ constituta seruitus est; sed quo duæ pluresvé diuersarum causarum seruitutes debentur: proindeque respondet, vsu 220

vnius aliam non conseruari: quoniam diuersæ sint seruitutes. Ex quo vel luce meridianâ clariùs liquet; si vna fuisset seruitus aquæ debitæ, eum responsurum fuisse, vsu aquæ diurnæ totam conseruari seruitutem, *d.l. una est via. 18. ff. de seruitutib. rustic. præd. d.l.2. & l. is, cui. 11 ff. quemadm. seruit. amittunt.* Itaque responsum *dictæ l. 17 ff. de aqua, & aq. pluu. arc.* itidem magis nostram corroborat, quàm infringit, sententiam. Destructis igitur aduersæ partis siue opinionis fundamentis: ea ipsa per se corruit. *Atq; hæc de tertio usucapionis requisito, nempe tempore legitimo, dicta sufficiant.*

221 Quartò ad vsucapionem comprimis requiritur *possessio.* Hæc enim illius caput & fundamentum est; adeóque sine eâ vsucapio seu præscriptio contingere non potest, *l. sine possessione. 25. ff. de usurpat. & vsucap. c. sine*
222 *possessione. 3. de reg. iur. in 6.* Possessio à sedibus, quasi sedium positio appellata est: quòd naturaliter teneatur ab eo, qui ei insistit, vt ex Labeone refert

Pau-

Paulus *in l. 1. in princ. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Et ita possidere dicitur, qui sedes in re aliqua ponit, vel sedes in re aliqua positas habet. Atq; istam lectionẽ, quæ est in Pandectis Florẽtinis, tanquam veriorem probant *Cont. lib. 1. disp. iur. ciuil. c. 9. Bellon. lib. 4. supputat. iur. c. 15. n. 3. Vaconius à Vacuna lib. 2. declaration. iur. ciu. c. 32. num. 4. Borcholt. in Commentar. ad tit. ff. de acquir. vel amitt. possess. c. 1. num. 6. ibiq́ue in Paratitl. Wesenbecius num. 2. Alciat. lib. 1. dispunct. c. 1. D. Obrecht. disp. 25. c. 1. th. 19. & seqq. Donel. lib. 5. Commentar. de iure ciu. c. 6. pag. 339. Viglius ad §. 1. nu. 20. infr. de testament. ordinand. Mynsinger. ad § possidere. num. 1. infr. de interdict. Treutler. disput. 21. th. 1. ad lit. a. volum. 2. & Giphanius hîc in verbis, iusta causa possessionis, &c.* Quanquam alij à pedibus, quasi pedum positionem, possessionem dictam esse contendant: quòd pedem ponere, sit possidere, *iuxta Cicer. Philipp. 2. ibi, quid erat, ubi pedem in tuo poneres, &c. & Philipp. 3. ibi, in possessionem libertatis*

pedem ponimus, &c. & facit l. quod meo. 18 § si venditorem 2 ibi, si pedem finibus intulissem. ff. de acquir. vel amitt. poss. Accurs. Bartol. Jason, Angel. & Dd. communiter in d. l. 1. in princ. ff. eod. tit. Forcatul. Necyomantiæ dialog. 73. num. 2. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciuil c. 8. num. 1. Walther. lib. 2. miscell. c. 19. Gilken, in tract. de usucapionib. part. 2. memb. 3. c. 1, num. 3. Pet. Gregor. lib. 1. syntagm. iur. c. 13. num. 7. & seqq. Sed & alij parùm referre putant, an à pedibus, vel à sedibus possessio deriuetur: atque vtrumque commodè sustineri posse, *Zasius in d. l. 1. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. Petr. Frider. Mindan. de materia possess. c. 1. num. 5. hosq; referens Hilliger. in Donel. enu-*
223 *cleat. lib. 5. c. 6. lit. A.* Ex vtraque quippe nominis notatione apparet, ad acquirendam possessionem aliquo corporis ministerio opus esse, *l. 3. §. 1. & l. quemadmodum. 8. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. ferè quibuscunq; 153. ff. de reg. iuris.* Neque verò interest, an isthæc acquisitio fiat sedendo, an stando in ali-

in aliquo loco, *d.l.3.§. ex contrario.5. ff.de acquir.vel amitt.poss.* siue circumambulando, siue oculis, quasi longis manibus, *d.l.1.§ si iusserim.21.ff.d.tit. l.pecuniam.79.ff.de solutionib.* Siquidem semper verum est, possessionem sine corpore acquiri non posse, *D.Obrecht.d.disput.25.thes.34. Borcholt.d. Commentar.de acquir.vel amitt.poss. c.1.num.7.*

Possessionis definitionem alij aliam 224
constituunt, *ut videre est ex notatis Gilkenij d.tract.de usucapionib.part.2. memb.3.c.1.num.17.cum multis seqq. & Borcholten.d.c.1.num.8.& aliquot subsequentib.* Sed omnium perfectissima mihi hæc videtur: Possessio est detentio rei vacuæ, in commercio existentis, cum affectione seu animo eam sibi habendi coniuncta. Ita ferè definiunt *D.Obrecht.d.disp.25.c.2.th.43.& D.Collega Bocer.class.4.disp.2.thes.5.*
Possessionem esse detentionem seu 225
detentationem, id est, rem in facto & detinendo positam, non autem ius detinendi siue insistendi rei (*ut post Bartolum*

lum in d.l. 1. num. 6. ff. de acquir. vel amit. poss. voluerunt ibidem Alexand. num. 17. Cumanus num. 8. Iason num. 35. & Ripa num. 36. item Couarruu. in c. possessor 2. part. relect. in initio. num. 3. de reg. iur. in 6. Andreas Cludius in tract. de iur. sequestrat. c. 9. num. 7. Fuluius Constantin. ad rubric. huius tit. num. 7. necnon Borcholt. d.c. 1. num. 17. & seqq.) enitet *ex d.l. 1. in princ. §. 1. & 4. & l. possessionem. 29. vers. quod est enim facti. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. ab hostibus. 15. §. ult. & l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. maiores. 25. an. in integr. restit. l. quod dicitur. 5. in princip. ibi, in rerum detentationem. ff. de impens. in res dotal. fact. l. 1. §. Scæuola. 15. ibi, quæ facti est. ff. si is, qui testam. liber esse iuss. erit, &c.* Et sanè si possessio ius esset:
226 sequeretur, non solùm reuersum ab hostibus, qui iure postliminij omnia pristina iura recipit, quæ per captiuitatem amiserat, § *si ab hostibus: 5. sup. quib. mod. ius pat. pot. soluit.* possessio-
227 nem quoq; recipere: sed & sequeretur, heredem, qui in omne ius defuncti succe-

succedit, *l. heres in omne. 37. ff. de acquir. vel omittend. heredit.* in possessionem etiam defuncti succedere: quoniam qui omnia iura dicit, nullum excludit, *arg. l. omnia. 7. ibiq́ Decius. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Jam verò nec reuersus iure postliminij possessionem, vsucapionemúe cœptam recipit, *d. l. deniq. 19. ff. ex quib. caus. maiores, &c.* nec heres in possessionem defuncti succedit; sed eam naturaliter apprehendere necesse habet, *l. cùm heredes. 23. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Igitur possessionem ius non esse, perspicuum est. Adhæc nullum ius alteri 228 per alterum auferri potest, *l. soluendo. 39. ff. de negot. gest. l. debitorem 15. C. de pignorib. l. nec filius. 7. C. de reb. credit.* At possessio alteri per alterum potest auferri, *l. 3. § si rem. 18. & l. rem, quæ nobis. 15 ff. de acquir. vel amit. poss. l. naturaliter. 5. ff. de usurp. & usucapionib.* Ergo possessio ius non est. Præterea si possessio ius esset: inde consequeretur: quòd ille, cui iura aduersantur, nullam possessionem haberet. Atqui consequens

quens est falsum. Ergo & antecedens.
229 Quod consequens sit falsum; patet ex eo, quòd non tantùm maritus rem sibi ab vxore, vel contrà, donatam possideat, *d. l. 1. § si vir uxori 4. ff. de acquir. vel amitt. possess.* sed etiam ille, qui per vim occupauit, *l. 2. ff. uti possidet.* cùm tamen iura ipsis repugnent, *l. si eum, qui 26. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si quis vi. 17. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 1. ff. de vi, & de vi armat.* Quapropter concluditur, possessionem ius non esse: *id quod copiosiùs, more suo, explanat Donellus prædicto libr. 5. Comment. de iur. ciu. c. 6. pag. 342.*
230 Nec obstat, quòd quibusdam in locis possessio disertè ius dici videtur, *l. peregrè. 44. in pr. ibi, ius possessionis. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. non ideo. 5. in fine. C. de liberali caus. & l. nemo. 10. C. de acquir. & retin possess.* Nam ius possessionis, ab ipsa possessione est distinguendum. Possessio in detentione consistit: cùm nihil aliud sit, quàm κατοχὴ, hoc est, detentio rei, *d. l. 1. in princ. ff. de acquir. vel amit. poss. & similibus*
praal-

præallegatis. Jus autem possessionis est illud, quod possessioni ex iure accedit, & tribuitur. Eamque ob causam Papinianus scitè asserit, plurimum ex iure possessionem mutuari, *l. possessio. 49. in fine princ. ff. d. tit*. Cæterùm hoc ius in iusta seu ciuili possessione latiùs patet, 231
quàm in possessione iniustâ seu naturali: quia possessio ciuilis omnes vtilitates & effectus possessioni attributos, videl. fructuũ perceptionem, vsucapionem, & interdicta, producit: & hac de possessione loquũtur *d. l. peregrè. 44. ff. eo. t. d. l. nõ ideò. 5. C. de liberal. caus. & d. l. nemo. C. de acq. & retin. poss.* Ast in pos- 232
sessione naturali seu iniustâ ius istud strictius est: cùm huic possessioni ius nostrum minùs faueat. Et tamen nihilominus iniustũ etiã siue naturalẽ possessorẽ interdictis defendit, *d. l. 2. ff. uti possidet*. Unde hæc quoq; possessio legitima dicitur: quia sc. etiam iure ciuili κατά τι ꝓbatur, *d. l. nemo. 10. C. de acq. & retin. poss.* Etsi. n. possessor naturalis respectu sui est possessor iniustus: cũ sine bonâ fide, sine titulo, & sine traditione rem

rem alterius habeat: iustior tamen censetur secundo possessore, qui eum de possessione deiecit. Huius siquidem contemplatione quodammodo iustus possessor reputatur: quia ab hoc rem non iniustè possidet; & quia aduersus hunc anterioris priuilegio temporis nititur, *d. l. 2. ff. uti possidet. D. Obrecht. d. disp. 25. c. 2. th. 55. cum seqq. & latius Donell. d. lib. 5. c. 6. pag. 343. Sed vide Alexandrum Turaminum, de substant. possess. c. 5. & Fachineum lib. 8. controuersiar. iur. c. 5. vers. sed rursus controuertitur, &c. ubi ea de re varias variorum opiniones exponit.*

233 Dicitur in definitione simpliciter, *rei*, non autem *rei corporalis*: quia eo ipso, quòd possessio vocatur detentio, satis superque indicatur, possessionem esse rerum corporalium. Siquidem incorporalia propriè nec apprehendi, nec teneri, nec possideri, sicque nec corpore quæri possunt, *l. 3. in princ. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. seruus. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest

res;

res, *canente Lucretio*. Hinc Jureconsulti, si de incorporalium possessione verba faciunt, adiiciunt plerunque voculam *quasi*: veluti quasi possessio iuris aquæ ducendæ, vel quasi possessio vsusfructus, *l. si quis diuturno. 10. in princ. ff. si seruit. vindicet. l. 3. §. penult. ff. de vi, & de vi armat.* Nihil verò refert, res corporales immobiles sint, an mobiles. 234
Has quippe omnes possideri posse, non dubium est, *l. 1. §. per seruum. 14. d. l. 3. § Neratius. 3. & § Nerua. 13. l. rem, quæ. 15. & l. si rem mobilem. 47. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Nec mouet, quòd prima possessionis origo ex sedium positione cœperit, *d. l. 1. in princ. ff. eod.* ac propterea res mobiles possideri non posse videantur, *ut nugatur Glossa in l. 1. super verbo, possidetis in fine. C. uti possidet.* Ex adductis namque legibus euidentissimè patescit, possessionem in rebus etiam mobilibus habere locum. Et quamuis possessio ab initio à sedibus, quæ in signum possessionis in re immobili captæ erigebantur, originem sumpserit, quòd vacua

omnia occupanti concederentur: tamen posteaquam diuisione omnia propria facta sunt, *l. ex hoc iure. 5. ff. de iustit. & iur.* talis solennitas penè per desuetudinem sublata est, multique alij possessionis nanciscendæ modi sunt introducti, *d. l. 1. §. 1. & §. penult. & l. quod meo. 18. ff. de acquir. vel amit. poss.* & nihilominùs nomen siue appellatio, quæ ab occupatione rei immobilis, vtpote digniore, imposita fuerat, remansit, *ut notat Gilkenius in tract. de usucap. part. 2. memb. 3. c. 1. num. 13.*

235 Dicitur præterea in definitione, *vacuæ:* quia duo pluresvé eandem rem in solidum possidere nequeunt: quoniam contra naturam est, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris: ac ea propter non magis eadem possessio apud duos esse potest, quàm vt tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto; vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris, *d. l. 3. §. ex contrario. 5. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Neque ad rem pertinet, si duo eandem rem in solidum animo habere desiderent. Haud enim

enim idcirco ambo in solidum possidebunt. Tum quia possessio magis est 236
facti, quàm animi, *d. l. 3. §. Neratius. 3. ff. eod.* proindeque corporalem potiùs apprehensionem, quàm animi affectum inspicere debemus: tum quia possessio, quæ habetur animo, nihil aliud est, quàm naturalis seu corporalis possessionis repræsentatio. Non etenim alia possessio animo habetur, quàm quæ priùs acquisita fuit. Sicuti ergo eandem rem duo in solidum suo
corpore occupare non possunt: cùm 237
penetratio dimensionum naturâ sit impossibilis: ita quoque nec fingi potest, duos eandem rem in solidum corpore detinere: quandoquidem ars imitatur naturam, *§ minorem. 4. supr.*
de adoptionib. nec fictio naturam per- 238
uertit ac corrumpit; sed eam sequitur, eiusque vestigijs insistit; *ut, post Hopperum lib. 2. de iuris arte. c. de fictione iuris, &c. tradidit D. Obrecht prædicta disp. 25. c. 8. th. 329. Et illa de re videatur etiam Bronchorst. cent. 3. ἐναντιοφανῶν. assert. 82, item cent. 4. assert. 1. ubi*

 discre-

discrepantes Jurisconsultorum sententias conciliat.

239 Additur in definitione; *in commercio existentis*: quoniam rerum corporalium, quæ in commercio hominum non sunt, possessionem esse prohibet vel natura, vel dispositio iuris. Natura prohibet in agris siue fundis à mari vel flumine occupatis. Horum namque possessionem, propter inundationem, acquiri non posse constat; tametsi semel acquisita interdum retineatur, *l. qui uniuersas. 30. §. item, quod mari. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Dispositio iuris prohibet in rebus sacris, sanctis, religiosis, publicis & libero homine: quia hæ res dispositione iuris hominum commercijs sunt exemptæ, *d. l. qui uniuersas. 30. §. 1. ff. eod. l. sed Celsus. 6. in princ. ff. de contrah. empt. & l. inter stipulantem. 83. §. sacram. 5. ff. de verb. obligat. D. Obrecht. d. disp. 25. c. 2. th. 91. & seqq.*

240 Sequitur denique in definitione; *cum affectione seu animo eam sibi habendi coniuncta.* Quæ clausula est vera

pos-

possessionis nota, quâ primùm includitur tam naturalis, quàm ciuilis possessor: quoniam vterque gerit animum siue affectionem rem sibi habendi: at non vterque gerit affectum siue animum domini: quia hunc solus ciuilis possessor, non etiam naturalis habet, vt ex insequentibus apparebit. Deinde istâ notâ excluduntur ij, qui alieno nomine in possessione sunt, vel qui alieno nomine tenent potiùs, quàm possident: vt sunt colonus, in- 241
quilinus, fructuarius, procurator, amicus, depositarius, commodatarius, & similes: qui ipsi verè non possident, sed per eos dominus: adeoque non gerunt animum sibi, sed alteri habendi, *§. de ijs autem. 4. & §. seq. infr. per quas person. cuiq; acquiritur. §. possidere autem videtur. 5. infr. de interdict. l. usu retinetur. 20. ff. quemadmod. seruit. amitt. l. nunquam. 31. § si seruus. 3. ff. de usurp. & usucap. l. generaliter. 9. l. si quis antè. 10 §. 1. l. quod meo nomine. 18. in princ. & l. si id, quod. 25. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

242 Possessionis species duæ sunt. Alia enim possessio est iusta, alia iniusta, *l. 3. §. ex contrario. 5. ibi, posse alium iustè, alium iniustè possidere, &c. ff. d. tit. l. 2. & l. 3. in princ. ff. uti possidet l. duo. 19. ff. de precario.* Illa etiam bonæ fidei & ciuilis; hæc malæ fidei & naturalis possessio dici solet, *d. l. 3. §. vel etiam potest. 22. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 1. §. deijcitur. 9. ff. de vi, & de vi armat. l. 2. §. 1. ff. pro herede l. nemo. 10. C. de acquir. & retin. poss. Anton. de Mattheis ad l. 1. num. 24. ff. de acquir. vel amitt. possess. Hackelman. disput. 20. th. 2. lit. b. Donel. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 7. pag. 345. Borcholt. in Comment. de acquir. vel amitt. possess. c. 2. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciu. c. 10. num. 1. & 5. Wesenbec. in Paratit. ff. de acquir. vel amit. poss. num. 3. Fachineus lib. 8. controuersiar. iur. c. 5. Gilkenius in tract. de usucap. part. 2. memb. 3. c. 1. num. 32. & seqq. D. Bocer. class. 4. disp. 2. th. 7. Treutler. vol. 2. disput. 21. th. 1. ad lit. f. Cuiac. lib. 9. obseruat. c. 33. Vulteius hic num. 26. & lib. 1. Jurisprud. Rom. c. 67. num. 9.*

Utra-

Utraque possessio, tam iniusta siue naturalis, quàm iusta seu ciuilis est detentio rei vacuę, in commercio existentis: sed hæc fit animo domini: illa fit citra 243
animum & affectionem domini. Quare animus iste domini siue dominantis satis distinguit ciuilem possessionem à naturali. Qui enim rem animo domini possidet, is ciuiliter possidet: at qui non animo domini, sed simpliciter sibi habendi animo rem possidet: is non ciuiliter, sed naturaliter possidet, *ut latiùs id declarat D. Obrecht. d. disput. 25. c. 5. th. 187. & multis sequentibus*. Unde perspicuum euadit, quòd 244
ad vsucapionem vel præscriptionem imprimis possessio iusta siue ciuilis, quæ scilicet suo fit nomine, & animo domini, requiratur. Huicque conse- 245
quens est; colonum, vsufructuarium, precariò tenentem, creditorem, commodatarium, depositarium, emphyteutam, vasallum, superficiarium, & omnes alios, qui rem quidem aliquam possident, sed non animo domini, non præscribere aduersus eum, à quo pos-
 sessio-

ſeſſionem habent: quoniam ſciunt, rei proprietatem pertinere ad alium; etiamſi ipſi fortaſſis ius aliquod in re habeant, §. *de iis autem.* 4. *verſ. fructuarius verò, &c. infr. per quas perſon. cuiq; acquirit. l. pignori.* 13. *in princ. ibiq; Cuiacius l. non ſolùm.* 33. §. *qui pignori.* 4. *& l. iuſto.* 44. §. *non mutat.* 5. *ff. de uſurpat. & uſucap. l.* 2. *& l. cùm notiſſimi.* 7. §. *ult. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. Vulteius hîc num.* 28. *Foman. diſput.* 12. *th.* 6. *ad lit. b. & c. Eadem de re conſulatur Gilkenius in tract. de uſucap part.* 2. *memb.* 3. *c.* 2. Atque tantum de poſſeſſione. Quintum & vltimum vſucapionis requiſitum, videlicet rem aptam, ſeu non vitioſam, quod attinet; de eo commodiùs *infrà* §. 1. *& ſeq. hoc tit.* σὺν θεῷ acturi ſumus.

Tertium, quod in hoc principio aſſerri diximus *ſuprà num.* 44. eſt com-
246 paratio iuris veteris & noui. Tria autem ſunt, in quibus ius vetus differt à nouo. Primum eſt in tempore. Olim ſiquidem res mobilis anno; res ſoli ſiue immobilis biennio potuit vſucapi, *ut*

& di-

& dictum suprà num.105. Ratio huius iuris veteris petenda videtur ex angustis Imperij limitibus. Id enim quia primùm non ita latè pateret, poterat quilibet paterfamilias res suas mobiles semestri vno facilè perspicere, & altero, quæ desiderarentur, quærere: res verò soli anno lustrare, & altero anno, quas desideraret, recuperare; ut monet Marcus Varro bono & diligenti patrifamilias faciendum esse, *eumq; referens Giphanius hic in verbis, is eam rem, si mobilis erat, &c. & D. Obrecht. disp.26. th.266.* Secundum est in loco. Olim namque vsucapio in prædijs siue rebus soli, tantum erat in Italia; in Prouincijs non item. Ratio, cur rerum soli in prouincijs non esset vsucapio, hæc erat: quia prædia prouincialia erant publica populi Romani, nimirum stipendiaria & tributaria: ac proinde neque vsucapione, neque alio modo transferri aut alienari poterant: sed res mobiles, siue Italicæ, siue prouinciales, quia erant priuatorum propriæ, rectè vsucapiebantur. Verùm hanc loci dif-

247 and 248 (margin numbers): the number 247 stands beside the line "stis Imperij limitibus. Id enim quia pri-" and 248 beside "non item. Ratio, cur rerum soli in pro-".

ferentiam sustulit Justinianus *hic & in §. per traditionem. 40. ibiq́ fusius Giphanius in verb. inter quæ, &c. supr. de rer. diuis. & initio tit. infr. quib. alienare licet, vel non.* Et isthæc duo discrimina hîc exponuntur. Tertium est de re-
249 bus. Nam olim res aliæ dicebantur mancipi, aliæ nec mancipi: & illæ quidem omnimodo, siue soli, siue mobiles; hæ non nisi mobiles vsucapi pote-
250 rant. Cæterùm res mancipi vocabantur, quæ eius conditionis erant, vt perpetuo ciuium Romanorum iugo & dominio atque manui subiectę essent. Res nec mancipi contrariâ ratione dicebantur illæ, quæ sui iuris erant, & quasi in naturali laxitate & libertate remanserant: *de quibus rebus videãtur Ulpianus in fragment. tit. 19. Contius lib. 1. disput. iur. ciuil. c. 12. Vulteius hîc num. 1. & Hilligerus in Donello enucleat. lib. 4. c. 19. ad lit. a.* Sed Justinianus Imperator & istud rerum discrimen sustulit, *per d. l. unic. C. de usucapione transform. & de sublata different. rer. mancipi, & nec mancipi.*

§. Sed

§. Sed aliquando. 1. & §. Furtiuæ. 2.

§. 1. Sed aliquando etiamsi maximè quis bonâ fide rem possederit: non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti, si quis liberum hominem, vel rem sacram, vel religiosam, vel seruum fugitiuum possideat.

§. 2. Furtiuæ quoque res, & quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bonâ fide possessæ fuerint, usucapi possunt. Nam furtiuarum rerum lex duodecim tabularum, & lex Atilia, inhibent usucapionem: vi possessarum, lex Iulia & Plautia.

SUMMARIA.

1 *Quæ res usucapi possint.*
2 *Rerum seu corporum tria sunt genera.*
3 *Omnes partes corporis uniti cum suo toto possidentur & usucapiuntur.*
4 *Vsucapto toto, non statim singulares res, quæ ei cohærent, usucaptæ intelliguntur.*

5 To-

5 Totum collectiuum in concreto non possidetur nec usucapitur.
6 Quæ res usucapi prohibeantur.
7 Seruitutes an & quatenus usucapiantur.
8 Res corporales vel naturâ, vel iuris dispositione possideri nequeunt.
9 Si quis in fluminis publici diuerticulo solus piscetur, an alterum eodem iure uti prohibere possit.
10 Vsucapio est species alienationis.
11 Res pupilli immobiles sine decreto alienari non possunt.
12 Conciliatio l. 2. §. 15. ff. pro empt. cum l. 9. ff. de acq. vel am. poss. & l. 11. ff. de acq. rer. dom.
13 Fundus dotalis usucapi nequit.
14 Rerum furtiuarum & vi possessarum usucapio inhibita.
15 Mens & intellectus l. cùm vir. 42. ff. de usurpat. & usucap.
16 Quod initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit.
17 Rei furtiuæ fructus & partus an usucapiantur.
18 Sententia l. qui ob pactionem 9. & l. seruus. 10. ff. pro emptore.
19 Bona fides in usucapione semper initiò requiritur.
20 Res Præsidi donatæ usucapi vetantur.
21 Iudicis & manus & oculos innocentes esse oportet.

22 *Auaritia omnium malorum mater & radix.*

23 *Res fisci, Principis & Ecclesiæ usucapi prohibentur.*

DIctum est *suprà ad principium huius tit. num.* 45. ad vsucapionem quinque esse necessaria, nimirum bonam fidem, iustum titulum, tempus legitimum, possessionem, & rem aptam seu non vitiosam. De quatuor prioribus sufficienter hactenus expositum est: hîc de quinto, id est, de rebus, quæ vsucapi possint, & quæ non, Justinianus tractationem instituit. Res autem vsucapi possunt omnes, quæ possideri, & in dominio nostro esse queunt: nisi ratione aliquâ speciali prohibeantur, *monentibus Wesenbecio in Paratitl. ff. de usurpat. & usucap. num. 10. D. Obrechto disp. 26. thes. 81. & Stuckio part. 1. Exercitat. Justin. decad. 5. assert. 3. ad lit. b.* Ubi sciendum, rerum seu corporum tria esse genera. Unum, quod vno spiritu, vel vnâ specie continetur: Græcè ἡνωμένον, Latinè vnitum seu continuatum vocatur: vt homo, tignum, lapis, fundus, columna tota 1 2

tota ex gypso, aut cerâ, aut ære facta, vel alia res continuo opere ducta, aut conflata, *l. rerum mixtura. 30. in princ. ff. de usurpat. & usucap. Connan. lib. 3. Comment. iur. ciuil. c. 14. num. 6.* Et de
3 hoc genere rectè dicitur: omnia membra, omnesque partes corporis vniti seu congeniti, cum suo toto possideri & vsucapi: quoniam semper cum suo toto considerantur, *l. in rem actio. 23. §. item quæcunq. 5. ff. de rei vindicat.* Alterum genus earum est rerum, quæ ex contingentibus, vel pluribus inter se cohærentibus, & ferè diuersis speciebus componuntur: Græcè corpora συνημμένα, Latinè connexa coniunctáve appellantur: veluti sunt, ædificium, domus, nauis, armarium, & similia, *d. l. rerum mixtura. 30. in princ. vers. alterum, ff. de usurpat. & usucap.* Atque de
4 hoc genere dicendum est: vsucapto toto, non statim singulas res, quæ ei cohærent, intelligi vsucaptas, *l. eum, qui ædes. 23. ff. d. tit.* Nam qui corpus coniunctum seu connexum possidet: vnam tantùm rem animo possidet; vt domum

domum vel nauem poſſidet in concreto: non etiam ſingulas ipſius partes in abſtracto, *quod planiùs & explicatiùs proſequitur D. Obrecht. d. diſp. 26. th 93. & ſeqq.* Tertium genus eſt earum rerum, quæ ex diſcretis ſeu diſtantibus corporibus conſtant: Græcè corpora διεστῶτα, Latinè collectiua nuncupari poſſunt: vt ſunt populus, familia, chorus, legio, grex, exercitus, & ſi qua ſunt ſimilia, *d. l. rerum mixtura. 30. in princ. verſ. tertium. ibiq́; Gothofred. ff de uſurp. & uſucap* Et de hoc ge- 5
nere meritò affirmatur: totum collectiuum in concreto non poſſideri, nec vſucapi: ſed ſingula indiuidua per ſe conſiderari, poſſideri, atque vſucapi. Etſi enim plura iudiuidua in vna appellatione concurrunt: verè tamen per ſe ſubſiſtunt, & ſingula propriam ſuam ſpeciem & naturam retinent, *ſæpè allegata l. rerum mixtura. 30. §. de tertio. 2. ff. eod. d. l. in rem. 23. §. item. 5. verſ. at in his. ff. de rei vindicat. & facit l. ſi chorus. 79. in princ. ff. de legat. 3. Ortolph. Foman. diſp. 12. th. 5. ad lit. a.* Et hæc

hæc breuiter de rebus, quæ vſucapi communiter poſſunt.

6 Aliarum rerum, quæ vſucapi vetantur, tria quoque conſtituuntur genera. Primum eſt earum rerum, quæ poſſideri nequeunt: vt ſunt res partim in-
7 corporales, partim corporales. Res incorporales, vtputa ſeruitutes, nec verè poſsideri, nec vſucapi poſſunt, *l. poſſideri. 3. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. ſequitur. 4. §. ſi viam. 27. & l. ſi aliena. 10. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. l. ſeruitutes prædiorum. 14. ff. de ſeruitutib. & l. ſeruus. 43. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. latè D. Bocer. in tract. de inueſtitura feudi. c. 3. num. 119. & ſeq.* Veruntamen vtilitatis cauſa receptum eſt: vt longo tempore, vſuque diuturno, inſtar rerum immobilium, acquirantur, *l. ſi quis diuturno. 10. ff. ſi ſeruit. vindicet. l. 2. C. de ſeruit. & aq. l. ult. C. de præſcript. long. temp.* adeò quidem, vt omnes ſeruitutes 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes (non habitâ vllâ ratione diſtinctionis inter continuam & diſcontinuam) præſcribi hodie

hodie posse, verior sit traditio, *d. l. ult. in fin. C. d. tit. & abundè demonstrauimus in §. ult. supr. de seruit. prædior. nu. 5. & seqq.* Cæterùm res corporales vel naturâ, vel iuris dispositione possideri nequeunt: ac proinde nec vsucapi poterunt. Naturâ: velut si agri occupantur à mari, vel flumine. Juris dispositione : veluti si res hominum commercijs sunt exemptæ; vt liberi homines, res sacræ, religiosæ, sanctæ, & publicæ, *hoc § nostro. l. qui uniuersas. 30. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. usucapionem 9. ff. de usurpat. & usucapionib.* Si quis tamen in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, & adhuc piscetur: alterum eodem iure vti prohibere potest, *l. si quisquam. 7. ff. de diuers. & temp. præscript. Cuiac. ad l. præscriptio. 45. ff. de usurp. & usucap. Duaren. ibidem c. 3. Donell. libr. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 22. pag. 396. & plenius explicatum est ad §. flumina. 2. numer. 4. & 5. supr. de rer. diuis. &c.* 8 9

Secundum genus est earum rerum, 10

quæ alienari lege prohibentur. Quæcunque enim lex rei alicuius alienationem vetat: ea quoque, cùm usucapio sit species alienationis, usucapionem eiusdem inhibet, *l. alienationis. 28. ff. de verb. signif. l. ubi lex. 24. ff. de usurpat. & usucap. Et hac de re diuersas opiniones recitat, & ad concordiam reducit Hieron. de Cauallos in spec. aur. opin. commun. contra commun. tom. 1. q. 13.* Huius generis sunt res pupilli immo-
11 biles. Hæ namque sine decreto alienari non possunt: & consequenter nec usucapi aut præscribi possunt, *l. 1 & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tutel. &c. l. bonæ fidei. 48. in princ. vers. veluti si pupilli. ff. de acquir. rer. domin. l. sicut. 3. ibi, sed pupillari ætate duntaxat. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. l. non est incognitum. 3. C. quib. non obijcitur long. temp. præscriptio. l. ult. C. in quib. caus. in integr. restitut. necessar. non est. l. ult. C. de usucap. pro emptore.* Cui non refragatur *l. 2. § si à pupillo 15. ff pro emptor.* ubi habetur, si à pupillo sine tutoris auctoritate quis rem emerit, vsucapionem

nem ſequi. Quoniam ibi non de re ipſius pupilli propriâ, ſed de re alienâ bonâ fide poſſeſſa agitur. Nec huic ob- 12
loquitur *l. poſſeſſionem. 29. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. & l pupillus. 11. ff. de acquir. rer. domin.* vbi pupillus ſolus poſſeſſionem transferre non poteſt, & conſequenter nec vſucapiendi conditionem: id quod pugnare videtur *cum d. l. 2. §. 15. ff. pro emptore.* Quod enim dicitur, pupillum non poſſe ſolum transferre poſſeſſionem; hoc verum eſt quoad ipſius pupilli commodum. At quoad tertium, aduerſus quem vſucapio procedit, ſecus eſt: cùm poſſeſſori ſufficiat, animo domini poſſidere, & iuſtam cauſam, bonamque fidem habere, licèt is, qui tradidit, poſſeſſionem non habuerit, *l. non ſolùm. 33. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. Gæddæus ad d. l. alienationis. 28. num. 18. ff. de verb. ſig. & Pacius cent. 7. ἐναντιοφανῶν. q. 4. hosq́ nouiſſimè referens Paulus Berens diſp. 5. th. 1. quæſt. 3. ubi & aliis obiectionibus ſatisfacit.* Eiuſdem ſecundi ge- 13
neris eſt etiam fundus dotalis. Nam

quia hunc lex Julia prohibet alienari: idcirco prohibet quoque vſucapi, *l.ſi fundum.16.ff.de fundo dotali.* Imò fundum alienum in dotem datum, neque ab ipſo marito, neque ab alio vſucapi poſſe, autumat Cuiacius *lib. 14. obſeruat. c. 9. eumq; referens D. Obrechtus d. diſput.26.th.129. Vide quoq; Franc. Balbum in tract. de præſcriptionib. 1. part. ſextæ & ult. princip. num. 10. pag. 489. & ſeq.*

Tertium genus earum rerum eſt, quæ nominatim lege vel conſtitutione vſucapi vetantur: licèt poſſideri, & a-
14 lienari queant. Atque huius generis ſunt, res furtiuæ, & vi poſſeſſæ. Illarum ſiquidem lex duodecim tabularum, & lex Atilia, (ſiue, *ut alij legunt*, Atinia) harum verò lex Julia & Plautia, vſucapionem ſpecialiter inhibent, *§ furtiuæ. 2. hoc tit. l ſequitur.4. §. quòd autem.6. & l. non ſolùm.33. in princ. ff. de uſurp. & uſucap. l. ult. ff. vi bonor. raptor. l. 1. & l. ſciens.7. C. de uſucap. pro emptore. l. 2. C. de uſucap. pro donato. l. etiam furti. 8. C. de furtis & ſeruo corrupt. A. Gell. lib. 17. noct.*

noct. Attic. c. 7. Ratio, cur lex iſtarum 15
rerum omnium vſucapionem prohibuerit, hæc reddi poteſt: vt furta & rapinæ, ſiue euaſiones violentæ coërceantur, *docente Giphanio hîc in d. §. furtiuæ, &c.* Nec huic obſtat *l. cùm vir. 42. in fin. ff. de uſurp. & uſucap.* ex qua colligitur, quòd res furtiua, quam fur alij ſcienti vel ignoranti, furtiuam eſſe, tradidit, vſucapi poſſit. *Etenim* ex verbis iſtius legis finalibus conſtat, furem ibi domino heredem extitiſſe: & ita venditionem, quæ ab initio non va-
luit, ex poſtfacto confirmari. Neque 16
hanc ſolutionem turbat trita iuris regula: quod initio vitioſum eſt, tractu temporis conualeſcere nequit, *l. quod initio. 29. & l. quæ ab initio. 210 ff. de reg. iur.* Hæc namque regula ad legata tantùm, & inſtitutiones pertinet, *ut notauit Borcholt. hîc numer. 9. & Roberus diſp. 9. th. 4. ad lit. c.*

Porrò non ſolùm res furtiua: ſed et- 17
iam rei furtiuæ fructus, & partus regulariter vſucapioni ſubiecti negantur, *d. l. ſequitur. 4. §. de illo. 16. ff. de uſurpat.*

& *usucap. l. ancillæ*, 12. *C. de furtis & seruo corrupt.* Cui non resistit *l. qui ob pactionem* 9. & *l. seruus* 10. *ff pro empto-*
18 *re.* vbi partus ancillæ furtiuæ vsucapi potest. *Illic* enim dominus partum non vsucapit; nisi eo tempore, quo partus conceptus, & quo editus est, matrem furtiuam esse ignoret. Semper
19 quippe bona fides in vsucapionibus initiò requiritur, *l. si is, qui.* 15. §. *pen. & ult. & l. iusto.* 44. §. *etsi possessionis.* 2. *ff. de usurpat. & usucap. cum similibus suprà ad principium huius tituli allegatis, num.* 56. Partus verò tum demum vsucapi incipit, cùm editus est. Ideoque dicitur dominus eum vsucapere, quasi emptor, *d. l. qui ob pactionem.* 9. & *l. seq. ff. pro emptor.* In emptore siquidem, atque etiam in alijs bonæ fidei possessoribus ita distingendum esse, apparet *ex l. non solùm.* 33. *in princ. ff. de usurpat. & usucap.* ex qua commodè explicari & limitari poterunt ea loca, in quibus simpliciter respondetur, partum ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei possessorem conceptum & editum vsuca-

ſucapi, *l ſi ego. 11. §. pactus. 2 ff. de Public. in rem act. l. qui vas. 48. §. ancilla. 5. ff. de furtis. l. 3. Cod. de uſucap. pro emptor. &c. Jul. Pac. cent. 6. ἐναντιοφανῶν. quæſt. 97.* Verùm de hac re, quantumuis hodie propter abolitam ſeruitutem planè exiguum vſum habente, adeoque diligentiore examine vix dignâ, variè & prolixè Interpretes diſſertant, *Donellus lib. 5. Commentar. de iure ciu. c. 25. ibiq; Hilliger. in ſuis notat. Cuiacius ad d. l. 4. §. heres, qui. 15. ff. de uſurpat. & uſucap. & lib. 15. obſeruat. c. 20. Hotoman. lib. 7. obſeruat. c. 18. Connan. lib. 3. Commentar. iur. ciuil. c. 15. num. 3. Robert. lib. 1. recept. lect. c. 6. Gæddæus in l. partum. 26. ff de verb ſignif. Berens d. diſp. 5 theſ. 1. q. 4. & Wegnerus diſput. 6. ad Inſtitut. th. 3. ſub lit. L.* Præterea ad 20
tertium illud genus pertinent res, Præſidi vel Proconſuli contra legem repetundarum donatæ. Quia harum vſucapionem lex Julia nominatim inhibet, *l. quod contra. 8. ff. ad l. Jul. repetundar. l. bonæ fidei. 48. in princ. verſ. nec intereſt. ff. de acquir. rer. domin.* Et

21 meritò quidem : quoniam iudicis & manus & oculos innocentes esse o-
22 portet. Nam auaritia omnium malorum mater & radix, præsertim in iudice, existit, *1. ad Timoth.6. v.10. Luc.12. vers.15.cum seqq. Nouell. 8. in præfat. circa finem.* Illius denique generis censentur quoque res fisci; res Principis;
23 & res Ecclesiæ. Istæ quippe omnes vsucapi disertè legibus prohibentur, *§. res fisci.9.infr.hoc tit.l.quamuis.18.& l. ubi lex.24.in fin.ff.de usurpat. & usucap.tot.tit Cod. ne rei dom. vel templ. vind. temp. præscr. l. ut inter.23. (in quibusdam Codicib. est l. ult.) C.de sacrosanct.Eccles.Donell.d.lib.5.Commentar.de iur.ciu.c.24 pag.398. D.Obrecht. d.disp.26.th.193.& sequentib. Hucq; referenda sunt, quæ exposuimus suprà ad principium huius tit. num.111.& seqq. item 181.& seqq.*

§.Quod autem dictum.3.§.sed tamen. 4.§.item si is.5. & §.alijs quoque modis.6.

§.3.Quod autem dictum est,furtiuarum

uarum & vi possessarum rerum usucapionem per leges prohibitam esse: non eò pertinet, ut ne ipse fur, qui ve per vim possidet, usucapere possit (Nam his aliâ ratione usucapio non competit: quia scilicet malâ fide possident) sed ne ullus alius, quamuis ab eis bonâ fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi ius habeat. Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eius committit.

§. 4. Sed tamen id aliquando aliter se habet. Nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bonâ fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis

nomine dederit: quin is, qui acceperit, usucapere poßit, dubium non est: quippe cùm ea res in furti vitium non ceciderit: cùm utiq; heres, qui bonâ fide tanquam suam alienauerit, furtum non cammittat.

§. 5. Item si is, ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donauerit, furtum non committit. Furtum enim sine affectu furandi non committitur.

§. 6. Aliis quoq; modis accidere potest, ut quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à possessore usucapiatur.

SUMMARIA.

1 Effectus quis vitiorum furti & violentia.
2 Vitia rei perpetuò rem comitantur.
3 Quando vitium reale purgetur.
4 Tempore longissimo vitium & actio omnis tollitur.

5 Dif-

5 *Differentia inter res furtiuas & vipossessas.*

6 *Quibus modis res mobilis aliena sine furti vitio transferatur.*

7 *Furtum sine affectu furandi non committitur.*

8 *Heres in uniuersum ius, sicq; etiam vitia defuncti succedit.*

9 *Partus in fructu esse nequit.*

10 *Iuris error possessori in usucapionibus nunquam prodest.*

EFfectus vitiorum furti & vis siue violentiæ hoc loco continetur. Est 1
autem iste: hæc vitia rem ita afficere, vt ad quemcunque tandem ea res perueniat, cum suo vitio transeat: proindeque à nullo vsucapi possit. Et ratio 2
est: quia sunt vitia rei, quæ perpetuò rem comitantur, *l. sciens. 7. C. de usucap pro emptore. l. vitia. 11. C. de acquir. & retinend. possess.* Si tamen vitium 3
purgatum fuerit, tunc vsucapio procedit: quod contingit, si res in potestatem domini, aut possessoris redierit, *§. aliquando. 8. infr. hoc tit. l. ult. ff. vi bonor. raptor. l. sequitur. 4. §. quod autem.*

220 §. *Quod autẽ.3 itẽ § 4.5.& 6.Inst.* *tem.6.& l.ubi lex.24.§ 1.ff.de usurpat. & usucap. latè Donell. lib.5. Commentar.de iur.ciu.c.28.pag.405.* Sanè si quis
4 tempore longissimo, triginta scilicet vel 40.annorum spacio, rem vitiosam possideat: quin vsucapiat eam, haud dubium est. Siquidem tanto tempore vitium illud reale, quod impediebat vsucapionem, elui & purgari, omnemque actionem tolli constat, *l. sicut.3 & l.omnes.4.C de præscript.30.vel 40.annor. Mynsinger.in § furtiuæ.supr. hoc tit.num 5. & Heigius ibidem num.14. Francis. Balb. in tract. de præscript.2. part.3.princ.q.12.num.6. vers. quam conclusionem limita,&c. pag.145.* Dif-
5 ferentiam autem quandam Justinianus Imp. *hic in vers. unde in rebus mobilibus, &c.* inter res furtiuas & vi possessas afferre videtur: hanc nimirum, quòd cùm furtum sit rerum mobilium, vis rerum immobilium; facilior sit rerum immobilium vsucapio, rerum verò mobilium difficilior: propterea quòd res alienæ mobiles vix sine furti vitio possideri queant, *arg. l. ult. ibi, omnes*

omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere.C. unde vi. Gipban. hîc in d. vers. unde in rebus mobilibus, &c. Sunt tamen ali- 6
quot modi, quibus etiam res mobilis aliena sine furti vitio transferri & possideri potest. Et quidem duo *hîc in §. sed tamen.4.& seq.* explicantur. Prior modus est: si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, alienauerit. Huiusque ratio non obscura est: quia hic heres, rem putans hereditariam, eam alteri tradens furtum non facit: quippe cùm furtum si- 7
ne affectu furandi non committatur, *§. item si is.5.h.t. §. placuit.7.& §. penult. infr. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* Quapropter ab herede eam rem accipiens, & bonâ fide possidens, meritò vsucapit, *l. potest pluribus.36.& seq. ff. de usurpat.& usucap.* Ipse verò heres, si eam retineat & possideat, vsucapere nequit. Quid ita? quia defunctus non potuit: ergo nec heres. Defunctus non potuit: quoniam rem esse alie-

alienam sciuit: adeoque in mala fide
8 constitutus fuit. Atqui heres in vniuersum ius defuncti succedit: ita vt etiam defuncti vitia heredi, quantumuis in bona fide existenti, nocere sit responsum, *l. cùm heres. 11. ff. de diuers. & temporalib. præscript. Et hac de re vide Didacum Couarruu. in c. possessor. de reg. iur. in 6. part. 2. relect. §. 9. & Menochium de recuper. possess. remed. 15. num. 618. cum seq. aliosq́; per eos allegatos.* Posterior modus est: si is, ad quem ancillæ vsusfructus pertinet, partū suum esse credens vendiderit: quo certè casu emptor eum vsucapiet, *d. §. item si is. 5. hoc tit. d. l. potest. 36. in fin. ff de usurpat. & usucap.* Atque in hoc modo est error iuris: vt in priori erat error facti. Nam vsufructuarius partum ancillæ ad se pertinere existimans, in iure errabat.
9 Etenim ex dispositione iuris partus non ad fructuarium, sed ad dominum spectat: cùm partus in fructu esse non possit, *§. in pecudum. 37. supr. de rer. diuis. l. in pecudum. 28. §. 1. ff. de usur.* Fructuarius autem ipse partum vsuca-

ſucapere non poteſt: quia nunquam in vſucapionibus, iuris error poſſeſſori prodeſt, *l. nunquam. 31. in princ. & l. ſeq. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. l. iuris ignorantiam. 4. ff. de iur. & facti ignorant.* Porrò de alijs modis, quibus Juſtinianus *hîc in §. 6.* indicat, rem alienam ſine furti vitio ad aliquem transferri & à poſſeſſore vſucapi poſſe, videatur *præallegata l. poteſt pluribus. 36. §. 1. cum l. ſeq. ff. de uſurpat. & uſucap. & l. mandatum. 57. ff. mandati.* 10

§. Quod autem ad eas res. 7.

Quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit: ius ita procedit, ut ſi quis loci vacantis poſſeßionem propter abſentiam aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe malâ fide poßideat (quia intelligit, ſe alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alij bonâ fide accipienti tradi-

tradiderit, poterit ei longâ possessione res acquiri: quia neq; furtiuum, neq; vi possessum acceperit. Abolita est enim quorundam veterum sententia, existimantium, etiam fundi loci ve furtum fieri. Et eorum utilitati, qui res soli possident, principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri.

SUMMARIA.

1 *Quomodo res immobiles alienæ sine vitio ad bonæ fidei emptorem perueniant.*
2 *Quod suum non est, id ad alium pertinere certum est.*
3 *Sensus l. clam possidere. 6. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. possess.*
4 *Quæ vitia usucapionem impediant.*
5 *Fundus & locus quomodo differant.*

DE rebus mobilibus, quarum furtum fieri dicitur, breuiter actum est.

eſt: nuncad immobiles, quæ vi poſſi- 1
deri queunt, Juſtinianus Imp. tranſit, oſtenditque, quòd res etiam ſoli ſiue immobiles, quæ venditoris non ſunt, aliquando ſine vitio ab eodem ab bonæ fidei emptorem peruenire poſſint: quod fit, ſi quis fundi locive vacantis poſſeſſionem, propter abſentiam aut negligentiam domini, ſine vi nanciſcatur, & alienet ſiue vendat: per quam venditionem vſucapiendi conditio transfertur in bonæ fidei emptorem: quoniam res omni vitio caret, *hoc §. noſtro. & l. furtum. 37. §. 1. cum l. ſeq. ff. de uſurp. & uſucapionib.*

Non obſtat, quòd venditor ſiue tra- 2
dens conſcientiam rei alienæ habeat: cùm ſciat id, quod ſuum non eſt, pertinere ad alium, *l. falſus. 43. §. qui alienum. 4. ff. de furt. l. ult. C. unde vi.* Nam ſcientia iſta ipſi duntaxat tradenti obeſt ad vſucapionem: accipienti non item. Siquidem hoc modo res ampliùs vitio affecta non eſt. Neque enim res vi poſſeſſa dici poteſt, cùm vis nulla interuenerit, *l. 1. §. vi poſſidere. 28. ff. de vi,*

226 *§. Quod autem ad eas res. 7. Inst. & de vi armat. l. sequitur. 4. §. si tu me vi expuleris. 22. ff. de usurpat. & usucap.*

3 Similiter non obstat *l. clam possidere. 6. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. possess.* vbi qui ingressus est domini, qui ad nundinas profectus est, & sic absentis possessionem; cùm eum redeuntem in possessionem admittere non vult, vi deiecisse censetur: & possessio illa, quam ingressus est domino inscio & absente, vi possessa intelligitur. *Etenim* responsio petenda est *ex præsenti §.* qui apertè loquitur de eo, qui possessionem vacantem & à domino desertam occupauit. At verò *d. l. clam possidere. 6. §. ult.* perspicuè agit de eo, qui ad nundinas profectus est, nec suam possessionem deseruit: sed eam absens etiam animo retinuit. Hic igitur si post reditum non admittatur, vi deiectus esse reputatur, & possessio violenta efficitur: adeò, vt vsucapio, quantumuis ad bonæ fidei emptorem delata fuerit, procedere non possit, *Mynsing. hic num. 6.*

Sic

Sic quoque non obstat, quòd possessio illa, quam quis clam ingreditur, vitiosa sit: cùm eam clandestinam esse, negari nequeat: quod vitiũ possessionis non esse exiguum, arguit *tot. tit. ff. quod vi, aut clam.* Respondetur enim, duo tantum *hic in vers. quia neq. furtiuum, neq. vi possessum, &c.* proponi vitia, vsucapionem impedientia, puta furtum & vim siue violentiam. Ideoque vitium illud clandestini ingressus, cùm neque furtum sit, neque vis, vsucapioni nihil obest. Unde rectè infertur: si quis me absente, fundum meum intret, eumque postea alij vendat; emptorem vsucapturum, si longi temporis spacio bonâ fide possederit: quia fundus, quem tradidit venditor, neque furtiuus fuit, neque vi possessus, *hoc §. nostro. d. l. sequitur. 4. § si tu me vi expuleris. 22. d. l. furtum. 37. §. 1. & l. seq. ff. de usurpat. & usucap.* Fundus porrò à loco differt in eo: quòd fundus est integrum siue totum quiddam: locus est portio aliqua siue pars fundi. Fundus item suos habet fines: locus fi- 4

5

nibus non regitur; sed determinandus & definiendus est. Denique fundus agrum cum ædificio & villa significat: locus verò sine villa esse potest, *l. locus.* 60. *ibiq; eleganter Gœddæus. ff. de verb. signif. Borcholt. hic num.* 3.

§. Aliquando etiam. 8.

Aliquando etiam furtiua, vel vi possessa res usucapi potest: veluti, si in domini potestatem reuersa fuerit. Tunc enim vitio rei purgato, procedit eius usucapio.

SUMMARIA.

1 *Res furtiua & vi possessa si reuertatur in domini potestatem, usucapi potest.*
2 *Impedimenti causa cessante, & ipsum impedimentum cessat.*
3 *Quando res in potestatem domini rediisse dicatur.*
4 *Inuito creditore, alteri non rectè soluitur.*
5 *Non videtur cuiusquam esse, quod ex causa auferri potest.*
6 *Res furtiua quomodo recipienda.*

Dixit

DIxit Justinianus suprà *in §. furtiuæ. 2. hoc tit.* vsucapionem rei furtiuæ & vi possessæ lege Atiliâ siue Atiniâ & Juliâ fuisse prohibitam: cui hoc loco velut exceptionem annectit. Erat enim legi Atiniæ inserta hæc clausula: *nisi res in potestatem eius, cui surrepta est, reuertatur. l. sequitur. 4. §. quod autem. 6. ff. de usurpat. & usucap.* Nam si in potestatem domini reuertatur; vitium rei purgatur; proindeque rectè vsucapitur, *hoc §. nostro. & monui suprà ad §. 3. hoc tit.* Quia impedimenti causa cessante, & ipsum impedimentum cessare solet, *arg. l. liberorum. 11. §. Pomponius. 2. ff. de his, qui not. infam. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patronat. c. cùm cessante. 60. ext. de appellat.* Quando autem res censeatur in domini potestatem rediisse, perplexum est. Sed circa id dispiciendum erit: vtrùm res me ignorante, an verò sciente surrepta sit. Priori casu tunc in meam potestatem rediisse videtur, si in talem possessionem rediit, qualem, cùm surriperetur, habui: quia aliâs rem in meam po-

1 (margin, line 1)
2 (margin, at "Quia impedimenti")
3 (margin, at "Quando")

 testa-

testatem redijsse, nihil mihi proderit, *d. l.4 §. Labeo.7. in princ. & §. seq. ff. de usurpat. & usucap.* Posteriori casu vt res meam in potestatem & possessionem redijsse intelligatur, quatuor necessaria putantur. Primum est, vt rem in meam potestatem reuersam esse sciam. Siquidem in meam potestatem res haud redijsse videtur, nisi eo modo redierit, vt volo, *d.l.4. §. ideoq́. 8. in fin. ff. eod.* Alterum est, vt si res alij, per quem possideo, restituta sit, id factum esse
4 sciam & probem. Mea quippe res, me inuito, alteri non rectè restituitur: sicuti nec, inuito creditore, alij rectè soluitur, *l. vero procuratori. 12. ff. de solutionib.* Tertium est, vt sic possessionem nanciscar, vt auelli non possit, *d.l. 4. §. tunc in potestatem. 12. ff. de usurp. & usucap.* Non enim videtur possessionem adeptus, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit, *respondente Jauoleno in l. non videtur. 22. ff. de acquir. vel a-*
5 *mitt. possess.* & generaliter non videtur peruenisse, aut cuiusquam esse, quod ex causa auferri potest, *l. omnes actiones.*

nes.139.§.1.ff. de reg. iur. l.aliud est capere.71.ff.de verb.sig. Finge, dominum deiecisse fundi possessorē, qui priùs vi & ipse possidebat. Dominus quidem, etsi iniustè, possidere incipiet: fundus tamen non videbitur in potestatē eius redijsse: cùm interdicto vnde vi restituturus sit possessionem, *d. l.4.§.si dominus.26.ff.de usurp. & usuc.* Quartū est; vt rem furtiuam recipiam, tanquā meam. *Exempli causa:* si rem furtiuam emi, vel si ea mihi à quodam, tanquam eius rei domino, donata est: certè ea non videtur in meam potestatem redijsse, licèt eius possessionem receperim. Haud etenim res in potestatem reuersa dici potest, nisi in eam potestatē reuersa sit, qualem antea habui. At priùs ego rei potestatē habui tanquam meæ: iam verò eius possessionem recipio tanquam alienæ. Itaque hoc modo pristinam in potestatem redire non existimatur, *d. l.4. § tunc in potestatem.12.ff.d.tit. Et ita pulchrè hoc explicat D. Obrecht. disp.26.th.163. cum seqq. Donell. lib.5. Commentar. de iure*

6

ciu. c. 28. pag. 406. ibiq; Hilliger. in suis notat.

§. Res fisci. 9.

Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit; bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bonæ fidei emptorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse. Et ita diuus Pius, & diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

SUMMARIA.

1 *Res fisci non usucapiuntur: & quid sit fiscus, remissiuè.*
2 *Bona fiscalia quæ dicantur.*
3 *Circa rerum fiscalium usucapionem quid obseruandum.*
4 *Bona vacantia quæ.*

INter res, quæ vſucapi non poſſunt, recenſet hoc loco Imperator res fiſci.
1 Fiſcus autem vnde dicatur, & quid ſignificet, quomodo item ab ærario differat, explicuimus *ad princ. tit. infr. de he-*

de hereditat.quæ ab intest.deferunt.nu. 437.& seqq. De eo tamen videri etiam poterunt Iacobus Rauardus libr.4.varior.c.4. Pardulphus Pratteius & Simon Schardius in suis lexic.iurid.in verbo,fiscus,&c.nec non Ausonius Popma lib.1.de different.verbor.in verb.ærarium,&c. Sanè res seu bona fiscalia 2
dici constat, quæ non tam in Principis, quàm Principatus sunt patrimonio, eique ad dignitatem suam tuendam, populi voluntate tributa sunt: siue illa in pecunia numeratâ, siue in prædijs, siue in iure consistant. Quamuis enim fisci nomen strictè & propriè ad sacras largitiones siue thesauros pertinere videatur, *l.3.C.de quadrien.præscript.l.6. C.Th.quor.appellat.non recip.lib.11. tit.36.Cuiac.in proœmio tit.C.de iure fisci.lib.10.* tamen etiam ad fundos & prædia, quæ in fisci patrimonio esse dicuntur, productum esse certum est, *l. 2.§.hoc interdictum.4.ff.ne quid in loc. publ.&c.l.tutores.49.ff.locati. Heigius hic num.6.* Porrò circa rerum fiscalium 3
vsucapionem diligenter obseruandum

 &vi-

& videndum erit; vtrùm eæ fiſco iam ſint acquiſitæ, an non ſint acquiſitæ. Priori namque caſu, cùm lex earum vſucapionem fauore principatus, cui debentur, nominatim inhibeat, eas vſucapi non poſſe euidenter apparet *ex hoc §. noſtro l. quamuis. 18. & l. ubi lex. 24. in fin. ff. de uſurpat. & uſucap.* Poſteriori verò caſu, cùm ratio iſthęc ceſſet (Nondum enim ſunt fiſci: quia ei nondum ſunt acquiſitæ, nec nunciatæ) illas vſucapi poſſe verius eſt, *per*
4 *hunc textum noſtrum.* Verbi gratiâ: cœperunt bona alicuius eſſe vacantia, hoc eſt, cœperunt habere nullum heredem, *l. 1. in princ. ff. de ſucceſſor. edict. l. 1. C. de donationib. inter vir. & uxor. l. penult. C. de bonis vacantib.* Proindeque bona iſta fiſco ſunt delata: ſed non priùs ipſius facta ſunt, quàm fiſco ſunt denunciata: quoniam antè de ijs fiſcus nihil ſciuit. Poſtea hæc bona aliquis bonâ fide emit ab eo, quem pùtauit eſſe dominum: is certè illa vſucapere omnino poterit, *hoc §. noſtro. & d. l. quamuis. 18. ff. de uſurpat. & uſucap. D.*
Obrecht.

Obrecht. disp. 26. th. 195. cum seqq. Mynsinger. hîc num. 5. & pleriq; Interpretes notant. Atq; huc referenda sunt, quæ diximus suprà ad princip. huius tit. numer. 112.

§. Nouissimè. 10.

Nouißimè sciendum est: rem talem esse debere, ut in se non habeat vitium, ut à bonæ fidei emptore usucapi poßit, vel qui ex alia iustâ causa poßidet.

SUMMARIA.

1 *Res usucapienda qualis esse debeat.*
2 *Quinam res traditas usucapere possint.*
3 *Dominium acquirere possunt alij suo, alij alieno nomine.*
4 *An infans usucapere possit.*
5 *Omnis possessio quæritur corpore & animo.*
6 *Infans nullum intellectum habet, eiusq; iudicium per tutorem suppletur.*
9 *Verbum* supplendi *quid significet.*
8 *Infans furioso comparatur: & quomodo differant.*

9 Tu-

9 *Tutor personæ infantis tuendæ: curator verò rebus furiosi datur.*

1 EXplicatis ijs, quæ ad vsucapionem complendam necessaria sunt, nunc epilogi vice Imperator repetit, sciendum esse, rem vsucapiendam talem esse debere, vt nihil in se vitiorum, de quibus hactenus dictum, habeat. Vitium autem vel ex rei naturâ, vel ex accidenti nascitur: naturâ, vt si sacra res sit, vel homo liber: ex accidenti, vt si fugitiuus sit seruus, vel res furto sublata, vel vi possessa, *l.* 1. *C. de seruis fugit. Hotoman. hîc enunciat.* 1. *& de illis iam suprà ad* §. 1. *& seqq. h. tit. satis expositum.*
2 Porrò hoc nouissimo loco forsan non incommodè admonebimus; vsucapere res traditas posse omnes, qui dominium acquirere, & possidere possunt: cùm vsucapere nihil aliud sit, quàm rei dominium per vsum & possessionem acquirere, *ut efflorescit ex usucapionis definitione explanatâ suprà ad principium huius tit. num. 6. & subseqq.* At dominium acquirere & possidere possent alij suo, alij nomine alieno. Suo nomi-

homine possunt patresfamilias, hoc est, homines sui iuris; & filijfamilias, hoc est, homines patriæ potestati subiecti, *l. sequitur. 4. §. 1. ff. de usurpat. & usucap.* Et illi quidem omnes res acquirere possunt: hi verò plerasq;, puta aduentitias, castrenses, & quasi castrenses, *§. 1. infr. per quas person. cuiq; acquirit. d. l. 4. §. 1. ff. de usurpat. & usuc.* Alieno nomine acquirere, sicque vsucapere queunt filijfamilias, serui, procuratores, & similes, *tot. tit. infr. per quas pers. cuiq; acquir. l. 1. §. item acquirimus. 5. & § per procuratorem 20. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. per procuratorem. 8. C. de acquir. & retinend. poss. D. Obrecht. disp. 26. thes. 45. & seqq. latè Gilkenius in tractat. de usucap. part. 3. c. 3. & seq.*

De infante, an vsucapere valeat, 4
quæri solet? Et, cùm possessionem propter defectum intellectus atque iudicij acquirere nequeat, non valere indubitatum est, *l. 1. § furiosus. 3. & l. quamuis. 32. § infans. 2. ff. de acquir. vel amitt. possess.* At quid, si tutoris accesserit au-

rit auctoritas? Et tutore auctore illum rectè possidere, adeoque vsucapere posse, probabilius videtur. Idque probatur primò per *d.l. 1. §. 3. ff. eod. tit.* vbi cùm cautum esset, pupillum tutoris auctoritate posse incipere possidere: additur, Ofilium & Neruam censuisse, etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum: tandem Paulus subijcit, se hanc sententiam recipere; si modò eius ætatis sit, vt intellectum capiat. Quod magno argumento est, posse pupillum tutore auctore possessionem consequi, etiamsi sit infans. Secundò hanc assertionem confirmat *d. l. quamuis. 32. §. infans. ff. d. tit.* ex qua manifestè patet, infantem posse nancisci possessionem tutore auctore, quamuis nullus infantis sit sensus. Tertiò comprobat eandem sententiam *d. l. sequitur. 4. §. pupillus. 2. ff. de usurpat. & usuc.* vbi cùm Paulus respondisset, pupillum posse tutore auctore vsucapere; subiungit, pupillum id per se consequi posse, si animum possidendi habeat: quasi per

hæc

hæc verba excludere velit illos, qui per ætatem decernere, quid sui sit animi, non possunt: quibus tamen hoc relictum sit, vt tutore auctore possidere & vsucapere queant, vtilitatis causa, *d. l. quamuis. 32. §. infans. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Quartò hæc conclusio fulcitur *l. seruo, inuito. 65 §. si pupillo. 3. ff. ad senatusconsult. Trebell.* quâ disertè cauetur; pupillum, si fari nequeat, tutore auctore se pro herede gerere posse; aut si de bonorum possessione agatur, per tutorem ei peti posse. Quintò huc multùm confert textus *in l. donatarum. 3. C. de acquir. & retin. possess.* ibi cùm Decius Imp. rescripserat, possessionem infanti per traditionem esse quæsitam: postea in fine legis ex Papiniani responso subijcit: *alioquin nec quidem per tutorem possessio infanti poterit acquiri.* Quibus verbis Imperator satis apertè indicat, possessionem infanti acquiri, tutore auctore. Nisi enim hoc diceretur: sequeretur, nec per tutorem infanti possessionem acquiri. At per tutorem possessio

ſeſſio acquiritur infanti. Ergo multò magis poſſeſſio infanti acquiritur tu-
5 tore auctore. Poſtremò pro hac ſententia facit, quòd omnis poſſeſſio quæritur corpore & animo, *l. poſſideri.* 3. *§. 1. l. quemadmodum.* 8. *l. peregrè.* 44. *§.* 1. *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. ferè quibuſcunq.* 153. *ff. de reg. iur.* Hîc autem vtrumque interuenire certum eſt, corpus nimirum ipſius infantis & animum tutoris, *d. l. quamuis.* 32. *§. infans. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Nulla igitur cauſa eſt; quare infantem, tutore auctore, poſſeſſionem, & conſequenter vſucapiendi commodum acquirere poſſe, negemus. *Et ita docent Donellus libr. 5. Commentar. de iur. ciu. c.* 11. *pag.* 354. *Gilkenius d. tract. de uſucapionib. part. 3. c. 1. num. 7. & seqq. Cuiacius in d. l. 4. § pupillus. 2 ff. de uſurp. & uſuc. Borcholt. in Commentar. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. c. 3. num. 8. & 9. Duaren. ad d. l. 1. §. furioſus. 3. ff. d. tit. Jul. Pac. cent. 6. ἐναντιοφανῶν. q. 94. Charond. lib. 2. veriſim. c. 7. Bronchorſt. cent. 3. ἐναντιοφανῶν. aſſert.* 87. *Connan. lib. 3. Commentar.*

mentar. iur. ciu. c. 8. num. 4. & 5. Hieronym. de Cauallos in specul. aur. opin. commun. contra communes. tom. 2. q. 601. & Hackelman. illustr. quæstion. disput. 20. th. 3.

Nec obstat, quòd infans nullum intellectum habeat, *§ sed quod diximus. 10. infr. de inutilib stipulat.* eiusque iudicium per tutorem suppleri dicatur, *d. l. quamuis. 32. §. infans. ff. de acquir. vel amitt. possess.* & quod non est, suppleri nequeat, *l. sed, si manente. 5. ff. de precario.* Nam licèt concedatur, in infante sæpè non esse talem intellectum aut sensum, qui ad possessionis acquisitionem sufficiat: attamen perspicuum est, tutorem per se, vel cum infante isthoc munere fungi posse: per se quidem ex communi regula *l. ea, quæ ciuiliter. 53. ff. de acquir. vel amitt. possess.* cum infante verò, vtilitate id suadente, *d. l. quamuis. 32. §. infans. ff. eod.* Et quamuis verbum *supplendi* videatur propriè ad illa referri, cuius iam aliqua sunt iacta fundamenta, *l. unic. C. ut quæ desunt aduocatis partium, iudex suppleat.*

6 7

pleat. & similibus : nonnunquam tamen idem significat, quod implere, sustinere vicem alterius, aut loco ipsius succedere, *l. quod bonis.15. §. penult. ff. ad leg. Falcid.* Atque hac in significatione verbum *supplendi* hoc loco accipiendum esse, duæ rationes in ipso textu *d. l. quamuis. 32. §. infans. ff. de acquir. vel amitt. possess.* relatæ luculenter euincunt: primò quòd illud vtilitatis causa receptum sit: deinde quòd Jurisconsultus fateatur, nullum sensum esse infantis accipiendi possessionem: quæ verba omnia excludunt, *arg. l. si is, qui ducenta. 13. §. utrùm. 3. ff. de reb. dub. & l. si necessarias. 8. §. si annua. 3. ff. de pignorat. act.*

8 Sic quoque nihil aduersatur, quòd auctoritas furioso accommodata nullius sit momenti, *arg. l. in negotiis. 5. ff. de reg. iur.* Infans autem furioso comparetur, *d. l. 1. §. furiosus. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Etenim furiosus in multis iuris articulis deterioris est conditionis, quàm infans: siquidem furioso mens penitus adempta est, *d. l. in negociis.*

gocüs. 5. & l. furiosi. 40. ff. de reg. iur. at infans non planè mente caret: sed per ætatem nihil adhuc scire aut intelligere potest. Huncque infantis defectum tutor supplere solet: cùm personæ infantis moderandæ ac tuendæ detur, *§. 1. supr. de tutel. & §. certæ autem rei 4. supr. qui testam. tut. dari poss. l. certarum. 12. & l. quia personæ. 14. ff. de testament. tutel.* Curator verò furiosi defectum supplere nequit: quia non datur personæ, sed rebus, *l. in copulandis. 8. C. de nupt. Cæterùm an & quatenus furiosus, prodigus, mente captus, mutus & surdus usucapere queant, enucleatè explicat Gilkenius d. tractat. de usucapionib. part. 3. c. 2.*

§. Error autem. 11.

Error autem falsæ causæ usucapionem non parit: veluti, si quis, cùm non emerit, emisse se existimans, possideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

SUMMARIA.

1 *Causa falsa seu putatiua ad usucapionem nihil prodest.*
2 *Plus est in veritate, quàm in opinione.*
3 *Quo casu falsus titulus prosit ad usucapionem.*
4 *Ratio diuersitatis inter titulum emptionis, & titulos alios.*

1 SVprà *circa principium huius tituli num.79.* expositum est: ad usucapionem necessarium esse titulum siue causam iustam: ei Justinianus adijcit hoc loco, causam non solùm iustam, sed etiam veram esse debere: falsam autem, opinatam seu putatiuam & fictam ad vsucapionem nihil prodesse, *l.Celsus.27. & l.penult.ff. de usurpat.& usucap.l.1. in princ.ff. pro donato. l.nemo.6.ff.pro derelicto.l.2.& 3.ff.pro legato.l.hominem.3.ff.pro suo,* Huiusque ra-
2 tio est: quia plus est in veritate, quàm in opinione, *§.si quis rem suam.11.infr. de legat.l.si pater.4.§.1.vers.plus enim*
3 *in re est.ff.de manumissis vindicta.* Excipitur tamen casus, quo etiam falsus

titu-

titulus prodest ad vsucapionem; puta si traditio interuenerit. Alioqui si quis possessionem nactus sit aliunde, & non à tradente; ex falso titulo vsucapere non poterit: veluti, si rem, quam mihi legatam putaui, cùm legata non esset, possideam; eam pro legato vsucapere nequeo. Quòd si verò ab herede quasi legata mihi sit tradita: eam si non pro legato, tamen pro suo aut pro soluto vsucapere possum, *d.l.3.& 4.in fin.ff.pro suo.d.l.2.ff pro legato.l.Proculus.67.ff.de iur.dot.d.l.pen.ff.de usurp.& usuc.* Nam traditio ex causa, licèt opinatâ, sufficit ad efficiendum, vt id, quod mihi traditum est, pro meo possideam & vsucapiam, vt ex Neratij mente respondit Pomponius *in d.l.3.ff.pro suo.* Idque in omnibus alijs negocijs dicendum est: solo contractu emptionis & venditionis excepto. Etenim si quis rem quasi ex contractu venditionis tradat: emptor eam pro soluto vsucapere nequit. Ratio diuer- 4
sitatis inter titulum emptionis, & alios titulos, vt legati, donationis, dotis,

transactionis, &c. hæc est: quia in alijs titulis vnum tempus (quo bona fides requiritur) puta traditionis; in titulo emptionis duplex tempus, puta & contractus siue emptionis initæ, & traditionis insecutæ inspicitur, *d.l.penult.ff.de usurpat. & usuc. & latiùs ostensum suprà ad princ. huius tit. num. 56. cum seqq.* Iam verò quando nullus contractus præcessit: nec bona fides, nec probabilis causa erroris adesse potuit, *d.l.Celsus.27.ff.eod.tit.Verùm qualis error ad usucapionem proficiat, explanatiùs docuimus suprà initio huius tituli num.62.& seqq.*

§. Diutina possessio. 12.

Diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & heredi, & bonorum possessori continuatur, licèt ipse sciat, prædium alienum esse. Quòd si ille initium iustum non habuit: heredi & bonorum possessori, licèt ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra

ſtra constitutio ſimiliter & in uſucapionibus obſeruari conſtituit, ut tempora continuentur. Inter venditorem quoque & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

SUMMARIA.

1 Sine poſſeſſione continuâ non procedit uſucapio.
2 Poſſeſſio defuncti prodeſt heredi, & bonorum poſſeſſori.
3 Heres perſonam defuncti repraſentat.
4 Vſucapionem, bonâ fide cœptam, non vitiat mala fides ſuperueniens.
5 Fides, ſiue bona, ſiue mala, eſt facti.
6 Inter emptorem & venditorem tempora continuantur ad uſucapionem complendam.
7 Defuncti mala fides nocet heredi, etiam bonâ fide poſſidenti.
8 Heres in ius uniuerſum; emptor in rem ſingularem ſuccedit.
9 Iure Canonico bona fides in uſucapione omni tempore requiritur.

1 QUandoquidem sine possessione, eaque continuâ, vsucapio non procedit, *l. 3. l. possessio. 20. l. sine possessione. 25. l. nunquam. 31. §. 1. ff. de usurpat. & usucap. l. 2. C. de præscript. longi tempor. l. nemo. 10. C. de acquir. & retin. poss.* Igitur de continuatione possessionis in successorem, & coniunctione temporum Imperator nonnihil aspergit;
2 docetque, quòd possessio defuncti, siue accessio temporis, quo defunctus possedit, heredi etiam, & bonorum possessori prosit. Cuius iuris ratio in sola æquitate consistit, *l. de accessionib. 14. in princ. ff. de diuers. tempor. præscript.* Stricto namque iure possessio defuncti nihil prodesset heredi: propterea quòd alia est possessio defuncti, alia heredis. Cùm enim possessio facti sit, *l. 1. §. 1. & §. si vir. 4. ff. de acquir. vel amitt. possess.* in heredem transferri nequit, *l. cùm heredes. 23. in princ. & l. qui uniuersas. 30. §. quod per colonum. 5. ff. d. tit.* Proindeque morte defuncti, quia possessio eius desinit & interrumpitur, summo iure vsucapio quoque interrupta

rupta & extincta videtur, *arg. l. naturaliter. 5. & l. si is, qui. 15. in princ. vers. sed verum est, &c. ff. de usurpat. & usucap. l. 1. §. Scæuola. 15. vers. quia possessionem. ff. si is, qui testament. liber esse iussus erit, &c.* Quia tamen hæres de- 3
functi personam repræsentat, & eiusdem cum defuncto iuris censetur, *l. heredem. 59. ff. de reg. iur. Nouell. 48. in præfation.* æquitas omnino suadet, vt quod ius defuncto competijsset, idem heredi vel bonorum possessori competat. Quamobrem si defunctus rem immobilem bonâ fide & iusto titulo per octo annos inter præsentes possederit, eamque heres aut bonorum possessor adhuc per biennium possideat: dominium eius meritò acquirit, *per hunc §. nostrum.* Et hoc adeò ve- 4
rum est, vt Imperator hîc indicare non dubitet: vsucapioni rerum immobilium malam fidem heredis, bonorumvé possessoris non nocere: modò illa cœpta sit bonâ fide defuncti. Atque ita heredi siue bonorum possessori mala fides defuncti nocet, sua non nocet.

5 Eiusque ratio est: quia vsucapio, vtpote acquisitio dominij, est iuris: at fides, siue bona, siue mala, est facti, *l. bona fidei. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Ea autem, quæ iuris sunt, id est, ciuilia, non tolluntur aut infirmantur per ea, quæ sunt facti, id est, naturalia, *§ ult. supr. de legit. agn. tutel. Giphan. hic in vers. licèt ipse sciat, &c.* Ideoque vsucapio semel rectè cœpta, non vitiatur malâ fide postea superueniente. Sufficit enim, si initium fuerit iustum, hoc est, si initio vsucapionis siue traditæ possessionis bona fides adfuerit, *d. l. si is, qui. 15. §. si quis bona fide. 2. & l. heres. 43. ff. de usurpat. & usuc. l. cùm heres. 11. ff. de diuers. tempor. præscript.* Et hæc in vsucapione tam rerum mobilium, quàm immobilium procedunt. Nam in vsucapione quoque rerum mobilium tempora continuari dubium non est vllum: velut, si rem mobilem defunctus bonâ fide, ex iusta causa per annum possedit: heres aut bonorum possessor eandem rem per biennium possidendo vsucapit, quantumuis rem alie-

alienam esse, non ignoret, *hoc* §. *& l. unic. C. de usucap. transform.*

Cæterùm quod modò de herede dictum est, ei prodesse possessionem defuncti: idem ad emptorem etiam Justinianus *in fine huius* §. extendit: quòd scilicet & emptor, venditori succedens, vtatur accessione temporis eius, quo venditor in possessione fuit. Quod tamen inter emptorem & venditorem difficiliùs, quàm in defuncto ac herede est receptum Quia etsi heres rem, quam à defuncto accepit, alienam esse sciat: nihilominùs tamen in vsucapione pergere potest: dummodò defunctus ab initio eam bonâ fide possederit. In emptore secus est. Hic enim si sciens à venditore rem alienam acceperit, licèt venditor initium iustum habuerit: tamen emptor vsucapere non poterit, *l. 2. § si eam rem. ff. pro emptore.* Deinde defuncti mala fides heredi obest, etiamsi is bonæ fidei sit, *d. l. cùm heres. 11. ff. de diuers. temporal. præscript.* venditoris verò mala fides emptori bonæ fidei non nocet; si modò à 6 7

dò à sua personâ vsucapionem incipiat, *l. an vitium 5. ff. d. tit.* Differentiæ ratio est: quia non vt heres defuncti, sic emptor venditoris personam re-
8 præsentat. Heres siquidem in ius vniuersum; emptor verò in rem duntaxat singularem succedit, *l. nihil est aliud. 24. ff. de verb. signif. & l. hereditas. 62. ff. de reg. iur. Et de ista possessionis continuatione seu accessione copiosiùs agunt Connanus lib 3. Commentar. iur. ciu. c. 13. num. 4. & 5. item c. 14. num. 5. Borcholt. in Commentar. de acquir. vel amitt. possess. c. 8. num. 28. & seqq. Vulteius hic num. 29. cum seqq. Paul. Berens disp. 5. th. 1. q. 6. Gilkenius in tract. de usucap part. 2. membr. 2. c. 7. Donellus lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 20. ibiq; Hilliger. in suis notat. aliiq; per eos citati.*
9 Quamuis porrò, quæ hactenus dicta sunt, iure ciuili obtineant: iure tamen Canonico (quod in hac materia attendi, & in Camera Imperiali seruari testatur Mynsinger. *cent. 4. obs. 6.*) nullo vnquam tempore, possessorem habere scientiam rei alienæ, permittitur: a-

deo.

deoque bona defuncti fides heredi, in mala fide existenti, nihil prorsus conducit, *c. vigilanti. 5. & c. ult. ext. de præscriptionib. c. possessor malæ fidei. 2. de reg. iur. in 6. & uberius explanatum supra ad princ. huius tit. num. 60.*

§. Ultimus.

Edicto diui Marci cauetur: eum, qui à fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei exceptione repellere. Constitutio autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit ijs, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid: ut ipsi quidem securi statim fiant, & victores existant, siue experiantur, siue conueniantur. Aduersus autem sacratissimum ærarium usq; ad quadriennium liceat ijs intendere, qui pro dominio vel hypotheca

earum

earum rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi quasdam competere actiones. Nostra autem diuina constitutio, quam nuper promulgauimus, etiam de ijs, qui à nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatâ Zenonianâ constitutione continentur.

SUMMARIA.

1 Rem à fisco accipiens, eam quinquennio olim usucapiebat.
2 Hodie à fisco quocunq; titulo quid accipiens, statim securus est.
3 Augusta per coniuge Principis sumitur, eiq; in priuilegiis comparatur.
4 Finis usucapionis duplex.
5 Quæ commoda ex dominiorum certitudine oriantur.
6 Effectus usucapionis triplex.
7 Contraria usucapioni quæ sint.
8 Natiuitatem usucapionis quæ impediant.
9 Forma dat esse rei.

10 For-

10 Forma usucapionis in quo consistat.
11 Iam natæ usucapionis progressum quæ sistant.
12 Quid usucapionem natam prorsus resoluat.
13 In integrum restitutio aduersus præscriptionem intra quod tempus competat.
14 Num maioribus 25. annis detur in integrum restitutio aduersus præscriptionem, ex sola causa ignorantiæ.
15 Nemo res suas negligere præsumitur.
16 Damnum, quod sua quis culpâ sentit, sibi imputare debet.
17 Qui præscripsit, plenissimâ munitione securus est.
18 Lites consopiri, Reipublicæ interest.
19 Minores non nisi ex iusta causa restituuntur.
20 Quadragenalis præscriptio omnem penitus actionem excludit.
21 Quicquid nouâ lege specialiter non est correctum, id veterum legum regulis censetur relictum.
22 Bartolus, eiusq; asseclæ refutantur.
23 Mens & interpretatio l. 1. ff. ex quib. caus. maiores, &c.
24 Sensus l. unus. 34. §. ult. & l. Atilicinus. 35. ff. de seruit. præd. rustic.

25 Con-

1 DE emptione rei fiscalis duplex ius hîc affertur; vetus, & nouum. Vetus est ex constitutione diui Marci, quę vult; emptorem rei fiscalis à fisco siue eius procuratore venditæ, quæ tamen reuerâ sit aliena (id est, quam fiscus suam esse credebat, cùm esset aliena: aliàs nisi causa subsit, fieret res vitiosa, § 3. in fine. sup. hoc tit.) quinquennio post venditionem elapso, habere præscriptionem contra dominum, siue posse dominum exceptione præscriptionis repellere, *l. ult. Cod. si aduersus*
2 *fisc.* Jus nouum est ex constitutione Zenonis: quæ non tantùm de emptione, sed de quolibet titulo agit, statuitque, vt is, qui à fisco quocunque titulo quid

quid accepit, statim sit securus, hoc est statim rei acceptæ dominium consequatur: sed dominus rei aduersus fiscum habeat regressum per quadriennium, postea non item, *l. 2. C. de quadriennij præscript.* Ratio huius iuris est: vt fiscus, eâ securitate propositâ, emptorem faciliùs inuenire queat, *l. si hypothecas. 8. C. de remiss. pignoris. Wesenbec. & Heigius hîc num. 2.* Quod autem Zeno in alienatione fisci, vel rei à fisco venditæ: idem Justinianus in re Cæsaris & Augustæ (quæ pro coniuge summi Principis accipitur, & in priuilegijs comparari Principi solet: legibus tamen soluta non censetur, *l. Princeps. 31. ff. de legib. l. fiscus 6. §. fin. ff. de iure fisci.*) constituit, *l. ult. C. de quadrien. præscript.* 3

Porrò pro complemento huius materiæ paucis verbis adijciamus; quis finis, qui effectus, quæ item contraria sint vsucapionis siue præscriptionis. Finis perhibetur duplex: Unus est bonum publicum, ne scilicet rerum dominia semper sint in incerto, 4

*l.*1.*ff.de usurpat.& usuc.* Alter est, vt li-
tes & controuersiæ, quæ ex dominio-
rum incertitudine nascuntur, sopian-
tur, *l.ult.in princ.ff.pro suo.* nec posses-
sores amittendarum rerum metu pro-
pè immortali torqueantur, *l. cùm no-
tissimi.7.in fine princ. C.de præscript.30.
vel 40. annor. & monuimus suprà ad
§.3.tit. de iustit. & iur.num.23. & su-*
5 *prà ad princ. huius tit. num.26.* Et sanè
ex dominiorum certitudine tranquil-
litas & publica & priuata oritur: com-
merciorum vsus augetur: & diligentia
in rebus colendis excitatur: quibus ad
felicem Reipubl. statum constituen-
dum & conseruandum nihil est op-
portunius, melius nihil, nihilque præ-
clarius. Econtrariò dominiorum in-
certitudo materiam turbarum, solici-
tudinem & periculum litium præbet:
humanorum commerciorum vsum,
tollit: & neglectum culturæ, ac desidi-
am parit. Quæ omnia & singula tanta
sunt mala, vt ijs benè constitutæ Res-
publicæ funditus euertantur, *D. Ob-
recht. disput.26, thes. 291. & seqq. Vul-*

teius

*reius hîc num.*41. *Foman. disput.*12. *th.* 8. *lit. a. & b.*

Effectus vſucapionis præcipui tres ſunt. Primus eſt: quòd in vſucapientem plenum ac perfectum dominium tranſeat: nec penes priorem dominum quicquam iuris remaneat, *l. 3. ff. de uſurpat. & uſuc. l. traditionibus. 20. C. de pact. Weſenbec. in Paratit. ff. de uſurpat. & uſuc. num. 14. Paul. Berens diſp. 5. th. 1. q. 2. Hunnius diſp. 6. theſ. 28. & latiùs demonſtratum ſuprà ad principium huius tit. num. 8. & ſeqq.* Alter effectus eſt: quòd vſucaptor non tantùm exceptionem aduerſus agentem habeat, *l. venditioni. 4. C de uſucap. pro empt l. 1. C. de uſucap. pro donat.* ſed etiam, completâ iam vſucapione, ad poſſeſſionis amiſſæ recuperationem, contra quemcunque rei vindicationem directam inſtituere valeat, *l. penult. in princ. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. 1. §. 1. ff. de Public. in rem act. Donell. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 29. pag. 408.* illâ verò nondum completâ, actione Publicianâ, ſi ſcilicet ante 6

 per-

perfectam vſucapionem res caſu amiſſa ſit, experiri poſſit, *§. ſed iſtæ quidem. 3. infr. de actionibus.* Tertius effectus eſt: quòd is, qui rem alienam legitimè præſcripſit, eam iuſtiſſimè, bonaque conſcientiâ retinere queat: nec eam veteri domino reſtituere teneatur, etiamſi poſt completam vſucapionem reſciuerit, eam fuiſſe alienam, *l. iuſtè. 11. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 2. ff. de legib. c. vigilanti. 5. ubi gloſſ. Panormitan. & alij. ext. de præſcript. Berens d. diſput. 5. th. 1. quæſt. 8. Hancq; rem explicatiùs dilucidauimus ſupr. ad princ. huius tit. num. 71. & ſeqq.*

7 Contraria vſucapioni ſunt illa, quæ partim eius natiuitatem & ortum impediunt: partim iam natæ progreſſum & incrementum ſiſtunt: partim denique eam planè reſoluunt, *docente D.*
8 *Obrechto d. diſput. 26. th. 369.* Natiuitatem vſucapionis impedit tum ętas pupillaris: quia hæc facit, ne vſucapio incipere poſſit, *l. bonæ fidei. 48. in fine princ. ff. de acquir. rer. dom. l. ſi commumem. 10. in princ. ff. quemad. ſeruit. amit.*

Cuiac.

Cuiac. in l. 4. § si pupilli. ff. de usurpat. & usucap. tum formæ omissio; quia forma dat esse rei, *arg. l. Julianus 9. § sed si quis. 3. in fin. ff. ad exhibend. l. si is, qui. 80. §. 1. ff. ad leg. Falcid. l. mulieris. 13. §. 1. ff. de verb. significat.* Forma autem vsucapionis in eo consistit: vt iusta seu ciuilis rei possessio legitimo tempore continuetur. Et propterea istâ deficiente, nec vsucapio oriri potest, *l. 1. l. 3. & l. sine possessione. 25. ff. de usurpat. & usuc.* Jam natæ vsucapionis progressum & incrementum sistunt hostilitas siue bellum, & pestis: quoniam impediunt, ne quis rebus suis prospicere, earumque curam habere possit, *l. ab hostibus. 6. C. quib. non obijcit long. temp. præscript. c. ex transmissa. 10. in fin. ext. de præscript.* Unde eiusmodi impedimentis durantibus, vsucapio non quidem omnino tollitur: sed vi quâdam impedita interquiescit, & quasi dormit, *ut notant Innocent. & Panormitan. in d. c. ex transmissa. idem Panormitan. consil. 98. vol. 2 Bartol. in l. naturaliter. 5. num. 22. ff. de usurpat. & usuc.*

9 10 11

hosq; referens ibidem Wesenbecius in Paratit l. num. 14. vers. eâdem ratione & hostilitas, &c.
12 Tandem vsucapionem natam penitùs resoluunt in integrum restitutio, & interruptio. Ac certè non solùm minor restituitur: sed & maior interdum, ex iusta & probabili causa, pristinum in statum reponitur, *l. unic. ibiq; gloss. C. si aduers. usucapion. l. 1. §. ult. ff. ex quib. caus. maio-*
13 *res, &c.* Eaque restitutio aduersus præscriptionem intra quadriēnium competit: idque non à completæ præscriptionis tempore, sed à primo die scientiæ computandum erit, *l. ult. C. de temp. in integr. restitut. latè Francis. de Caldas ad l. si curatorem. C. de in integr. restit. minor. in verb. infra legitimum tempus. num. 3. & seqq. Trentacinquius variar. resolut. lib. 2. de restitut. in integr. resolut. 4. num. 17. & seqq.*

14 Ecquid verò aduersus præscriptionem maioribus 25. annis competat in integrum restitutio, ex sola causa siue capite iustæ ignorantiæ, discrepantes sunt Doctorum sententiæ? Alij enim con-

constanter affirmant, *Accursius in l. si partem. 19. §. 1. verb. non utendo. ff. quemadm. servit. amitt. Bartol. in l. 1. §. si quis propter. 9. ff. de itinere, actuq́ privat. Panormitan. & Felin. in c. vigilanti. 5. ext. de praescript. Jason in l. 2. num. 85. C. de iur. emphyt. Alexand. consil. 71. num. 3. lib. 1. & consil. 169. num. 15. lib. 2. Socinus in l. cum filiusfamilias. 49. §. in hac stipulatione. ff. de verb. obligat. Nicol. Boërius decis. 39. Balbus in tract. de praescript. 4. part. quartae princ. q. 29. pag. 297. Gail. lib. 2. obs. 19. num. 18. & seq. item obs. 160. num. 5. Usillus in §. rursus. num. 75. ibiq́ Zasius numer. 30. infr. de actionib. Schrader. de feud. part. 5. c. 4. num. 22. Tiraquel. de retraict lignagier. §. 35. gloss. 4. num. 36. & seqq. Mauricius in tract. de restitut. in integr. c. 58. & 59. Sfortia Oddus de restitut. in integr. part. 2. quaest. 90. art. 4. & 5. num. 14. cum multis seqq. Trentacinq. d. lib. 2. de restit. in integr. resol. 1. nu. 2. Hackelman. disp. illustr. 3. th. 25. & caeteri ab his cumulatim congesti.* Alij absolutè & simpliciter negant, *Baldus in l. 1. in 24.*

 oppo-

oppoſit. C. qui admitti ad bonor. poſſ. &c. Petrus Anchar. conſil. 170. colum. 2. Raphael Fulgoſ. in d. l. cùm filiusfamilias. 49. §. in hac ſtipulatione. ff. de verb. obligat. Barbat. conſil. 41. num. 18. vol. 1. Anton. Rubeus conſil. 56. Franc. Curt. ſen. conſil. 83. col. 3. verſ. & ſi fortè, &c. Couarruu. in c. poſſeſſor malæ fidei. part. 3. relect. §. 3. num. 2. verſ. imò in integrum reſtitutio, &c. Sarmientus ſelectar. interpretat. lib. 2. c. 10. num. 1. Pinelus in auth. niſi tricennale. Cod. de bon. matern. num. 58. & ſeq. Weſenbec. in Paratit. ff. ex quib. cauſ. maiores, &c. num. 10. Hunn. diſp. 6. th. 30. Fachineus lib. 1. controuerſiar. iur. c. 69. Forſter. lib. 2. diſp. 9. th. 10. Arumæus Exercit. Juſtin. 6. th. 10. Matth. Stephani cent. 2. q. 38. Hænon. diſput. 6. controuerſ. 17. & Bronchorſt. cent. 1. miſcellan. controuerſ. aſſert. 30. Atque horum ſententia (quam & ego veriſſimam iudico) ſequentibus conſtabilitur rationibus & argumentis: I. Quia ſi propter ignorantiam reſtitutioni in integrum eſſet locus: nunquam vel certè rariſſimè præſcri-

prio

ptio locum inueniret. Nemo quippe 15
rerum ſuarum adeò prodigus exiſtit,
vt ſciens eas ab alio vſucapi patiatur,
arg. l. cùm de indebito. 25. in princ. verſ. qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, &c. ff. de probationib. II. Quia da- 16
mnum, quod quis ſuâ culpâ ſentit, ſibi imputare debet, *l. quod quis. 203. ff. de reg. iur. c. damnum. 86. de reg. iur. in 6.* Aſt ille, contra quem præſcriptio completa eſt, ſuâ culpâ damnum ſentit: cùm tanto tempore à iure præfinito in res ſuas non inquiſierit: vt & alienationi conſentire dicendus ſit, *l. alienationis. 28. ff. de verb. ſignificat.* III. Quia 17
is, qui præſcripſit, pleniſſimâ munitione ſecurus eſt, *l. omnes. 4. in fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Quod vtique verum non eſſet: ſi reſtitutio in integrum ex cauſa ignorantiæ competeret. IV. Quia lites conſopiri Rei- 18
publ. intereſt, *l. ſi cuius. 13. §. æquiſſimum. ff. de uſufruct. l. properandum. 13. in princ. C. de iudiciis.* Atqui contrariâ affirmantium opinione admiſsâ, lites non conſopirentur; ſed quotidie exo-

rirentur: dum vnusquisque ignoran-
19 tiam prætendere conaretur. V. Quia si ex qualibet iusta causa maiores restituerentur: nihil inter hos & minores interesset: cùm ne hi quidem, nisi iustâ ex causa restituantur, *l. sicut. 3. circa medium. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* VI. Quia si ignorantia hoc casu restitutioni causam præberet: rursus dubitationis inextricabilis oriretur occasio, & semper rerum dominia in incerto essent, *contra l. ult. in fine. C. de præscript. long. temp. & l. 1 ff. de usurpat. &*
20 *usuc.* VII. Pro hac parte facit textus *in l. ult. C. de fundis patrimonialib. &c.* vbi Imp. Anastasius inter cætera rescripsit: eum, qui qualemcunque fundum vel locum per quadraginta iugiter annos possederit, nullam penitus actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare debere. VIII. Huc confert *c. ad aures. 6. ext. de præscriptionib.* vbi dicitur, quòd quadragenalis præscriptio omnem prorsus actionem (sicque etiam in integrum restitutionem, quæ actio prætoria censetur.

Olden-

Oldendorp. actionum forens. class. 6. act. 8. & 9.) excludat. IX. Confirmat non parùm nostram sententiam textus *in l. unic. vers. qua & nescientibus dominis procedebant. Cod. de usuc. transformand.* ibi dum Justinianus Imp. temporis tantùm angustiam corrigit: inde necessariò concluditur, leges antiquas, quibus præscriptio etiam contra ignorantes efficaciter currebat, adhuc
valere. Quicquid enim nouâ lege spe- 21
cialiter non est correctum; id veterum legum constitutionumque regulis relictum intelligitur, *l. præcipimus. 32. §. ult. C. de appellationib.*

Non obstat, quòd Bartolus & cæte- 22
ri Antagonistæ regerunt: argumentis modò in medium adductis probari quidem, præscriptionem etiam ignorantibus obesse: sed non probari, restitutionem esse ignorantibus denegandam: cùm & absentibus Reipublicæ causa præscriptio nocere soleat: qui nihilominùs tamen in integrum restituantur, *l. 1. l. item hi, qui Reipublicæ. 4. & l. cùm miles. 30. in fin. ff. ex quib. caus.*

maio-

maiores 25. annis in integr. restit. Nam rectè quidem illud diceretur, si leges extarent, quibus caueretur, æquè ex causa ignorantiæ, atque ex causa absentiæ, restitutionem concedendam esse. Atqui nulla lex, nulla constitutio tale quid disponit: imò ex diuerso multæ extant constitutiones ac leges, ex quibus contrarium perquàm luculenter euincitur.
23 Nec mouet quicquam, quod *in d. l. 1. in fin ff. d. tit.* habetur, maiores 25. annis in integrum restitui ex clausula generali: *si qua alia iusta causa Prætori videbitur.* Quia non ita simpliciter ibi dicitur: *si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam*: sed adduntur hæc verba: *quoad eius per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum, licebit.* Jam verò nulla lex, nullum senatusconsultum, nullum decretum reperitur, quo ignorantiam esse iustam restitutionis causam aduersus præscriptionem demonstrari possit. Adhæc Prætor in isto edicto tantùm indulget restitutionem maioribus 25. annis, qui Rei-

Reipubl. causa absentes fuerunt, & res suas vsucapi passi sunt. Cæterùm subiecta generalis clausula, *Si qua alia mihi iusta causa videbitur*, de alijs similibus iustis siue æquis absentiæ causis accipienda est: cuiusmodi est studiorum, vel alterius iustæ peregrinationis, *l.nec non & si.28.in princ.ff. ex quib. caus.maiores, &c.* Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpè hominibus corporales iniurias sine causa perferunt? *Auth. habita. vers.quis enim.C.ne filius pro patre,&c.* Nulla autem æquitatis ratio suggerit, per beneficium in integrum restitutionis ignorantibus aduersus præscriptionem succurri: quia hac ratione nunquam esset litium finis, parumque ipsa præscriptio prodesset: cùm scientes res suas ab alijs detineri, vsucapionem sæpius interrumpant atque impediant.

Nihil quoque refragatur *l. unus.34.* 24
§.ult.

§. ult. iunctâ l. & Atilicinus. seq. ff. de seruitutib. prædior. rusticor. vbi qui longo tempore non est vsus aquæductu ex fonte vel flumine, propterea quòd fons seu flumen, ex quo aqua ducebatur, exaruit: tamen restitutione in integrum impetratâ seruitus ei restituitur, si fons ad suas venas redierit. *Illic* enim nequaquam datur restitutio ex capite ignorantiæ: sed ideo, quòd quispiam iusto impedimento vel casu fortuito prohibitus, aquam ducere, sicque iure suo vti non potuit, *ut ex ipso textu dictæ l. Atilicinus. patescit, in illis verbis: ducere non potuisse, quòd fons exaruisset. item ibi, quia ducere non poterant, &c.*

25 Similiter non resistit *d. l. 1 §. si quis propter inundationem 9. ff. de itiner. actuq́; priuat.* vbi qui habet seruitutem itineris vel actus, & non vsus est eâ propter inundationem, impetrat restitutionem in integrum ex illa parte edicti: *si qua mihi iusta causa esse videbitur.* Nam restitutio ibi ex alio, quàm ignorantiæ capite conceditur: videlicet

quia

quia iusto impedimento quis prohibitus est vti itinere vel actu: eò quòd locus, per quem actus vel iter competebat, flumine inundatus fuit.

Postremò nihil ad rhombum facit, 26
quòd præscriptio inducta sit in odium negligentium res suas repetere. Is autem, qui ignorat, negligens esse non dicatur. *Etenim* & is non iniuriâ negligens dicitur, qui ex communi hominum industriâ, intra tanti temporis spacium in illa, quæ verisimiliter ad se pertinere scit, non inquirit, *Arumæus d. Exercitat. 6. sub thes. 10.* Præterea vsucapio non solùm odio negligẽtium, sed etiam bono publico introducta est: vt rerum dominia certa essent, & ne lites immortales existerent, *ut dictum suprà num. 4. ex l. 1. ff. de usurpat. & usuc. & l. ult. in princ ff pro suo. Fachineus d. lib 1. controuers. iur. c. 69. in fin. & Bronchorst. d. cent. 1. miscell controuers. assert. 30 in fine.* Et tantum de in integrum restitutione.

Sed comprimis contraria est vsuca- 27
pioni interruptio: quando nimirum coepta

cœpta vsucapio retrahitur, & quasi in nihilum redigitur. Hæcque interruptio vel naturalis est, vel ciuilis, *ut notat gloss. in l. cùm notissimi. 7. §. penult. in verb. innouata C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bartol. in l. naturaliter. 5. num. 4. ff. de usurpat. & usuc. ibiq; Wesenbec. in Paratitl. num. 15. Duarenus ad eundem tit. c. 7. & 8. Connanus lib. 3. Commentar. iur. ciu. c. 14. num. 1. & 7. Petr. Gregor. in syntag. iur. part. 3. lib. 40. c. 6. num. 5. Zanger. in tract. de exceptionib. part. 3. c. 8. num. 52. Donell. lib. 5. Commentar. de iur. ciu. c. 21. D. Obrecht. disp. 26. th. 382. & disp. 27. th. 317.*

28 Naturalis interruptio est; quâ possessio naturaliter, hoc est, aliquo naturali facto, & re ipsâ interuertitur: vt cùm possessori res mobilis ab alio aufertur, vel immobilis occupatur, *d. l. naturaliter. 5. ff. eod. l. 3. §. Nerua. 13. §. Labeo. 17. & §. si rem. 18. l. rem, quæ. 15. & l. qui uniuersas. 30. §. item, quod mari. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess.* aut cùm possessor ab hostibus capitur, *l. si is, qui pro emptore. 15. ff. de usurpat. & usucap.*


Capti-

Captiuitate enim quis possidere desinit, *l. cùm heredes. 23. §. 1. d. l. qui uniuersas. 30 §. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Sic si id; quod bonâ fide possidemus, domino rei locamus, ignorantes dominum esse, aut ei pignori damus: statim possidere, & consequenter vsucapere desinimus, *l. ei, à quo. 21. & l. non solùm 33. § si rem tuam. 5. ff. de usurpat. & usuc.* Possessio quippe fundamentum est vsucapionis: quo euerso vel sublato, etiam vsucapio, quæ possessioni superstruebatur, vt euertatur & tollatur necessum est, *l. sine possessione. 25. ff. d. t. & explicatum suprà ad principium huius tit. num. 221.* Quòd si is, qui possessionem ita amisit, eam postea recuperet: possessio prior, quia continuata non est, ipsi ampliùs ad præscribendum non proderit: sed vsucapionem ex secunda possessione, bonâ fide acceptâ, numerare necesse habet, *l. 2. C. de præscript. long. tempor. Vulteius in hoc tit. num. 48.* Si enim initium secundæ possessionis vitiosum est, vsucapio non procedet, *d. l. si is, qui.* 29 30

15. § si quis bona. 2. ff. de usurpat. & usucap. l. qui fundum. 7. §. qui bona. 4. ff pro emptore. Zanger. d. tractat. de except. part. 3. c. 8. num. 52. in fine.

31 Ciuilis interruptio est; quæ non aliquo naturali facto, sed subtilitate siue fictione & auctoritate iuris, puta per litis contestationem, per in ius vocationem, per libelli oblationem, vel etiam per extraiudicialem denunciationem testatò factam, possessionem interuertit, sicque vsucapionem & præscriptionem resoluit, *l. nemo. 10. C. de acquir. & retin. possess. l. 2. C. de annal. except. Eamq́ rem uberiùs, & quidem diuersimodè, declarant Wesenb. in Paratit. ff. de usurp. & usuc. num. 15. D. Obrecht. d. disp. 26. thes. 410. cum seqq. & d. disp. 27. th. 322. cum seqq. AEmyl. Ferretus ad l. 3. ff h. tit. n. 56 & seqq. Hunnius disp. 6. thes. 8. & in resolutione eiusdem disputationis. q. 5. Donell. d. lib. 5. Comment. de iur. ciu c. 21. pag. 392. & seq. ibiq́ Hilliger. in suis notat. ad lit. F. ubi plures allegat.*

Vnanimes populi coniuncti sensibus omnes
Decantent laudes, Maxime Christe, tuas.



INDEX AVCTORVM, HOC IN COMMENTARIOLO DISPERSÈ CITATORUM.

A.

Bern-

Bernhardus Wurmserus.
Biblia sacra.
Borgninus Caualcanus.
Bulgarus, Glossator.

C.

Carolus Ruinus.
Celsus Hugo.
Christophorus Portius.
Conradus Olemannus.
Cynus Pistoriensis.

D.

Didacus Couarruuias.
Dionysius Gothofredus.
Dominicus Arumaeus.
Dominicus Sotus.
Dynus Muxellanus.

E.

Eberhardus Bronchorst.
Elias Roberus.
Emanuel Soarez.

F.

Fabianus de Monte S. Sabini

H.

I.

Iohan-

N.

O.

P.

Sfor-

INDEX

RERVM ET VERBORUM, IN HOC COMMENTARIOLO comprehenſorum.

Prior numerus paginam, poſterior ſummarium denotat.

A.

O.

P.

R.

T 5 domi-

FINIS.

ORA-

ORATIO PANEGYRICA DE VERIS ET JUVENTUTIS COMPARATIONE:

In Aula Nova florentissimæ Tubingensis Academiæ, propridie Calend. Majas Anno 1612. habita:

à

JOHANNE HARPPRECHTO,
U. J. Doctore & Professore Ordinario.

Quâ,

Solenni renunciatione, publico festivoque ritu, in frequentissimo Illustrissimorum Principum, Generosorum Baronum, pluriumque reverendorum, nobilissimorum, consultissimorum, experientissimorum, & litteratissimorum Virorum, atque Studiosorum cœtu:

RECTORE,

Et juxta amplissimæ Facultatis Iuridicæ

DECANO:

Magnifico, spectatissimo, & consultissimo Viro: Dn. Henrico Bocerō, *Iurium Doctore & Professore, Iudicijq; Provincialis summi Adsessore præclarissimo:*

PROCLAMATI SUNT

JOHANNES MELBECIUS, LUneburg. Saxo. Civilis Canoniciq; Iurium
DOCTOR:

ET,

ERASMUS Welcken/ *HAMBURG. Saxo. Iurium eorundem* LICENTIATUS.

Lega-

L.

M.

N.

Ratio

R.

FINIS.

ORA-

Oratio Panegyrica
De Veris et Juventutis Comparatione:

In Aula Nova florentissimæ Tubingensis Academiæ, propridie Calend. Majas Anno 1612. habita:

à

JOHANNE HARPPRECHTO,
U. J. Doctore & Professore Ordinario.

Quâ,

Solenni renunciatione, publico festivoque ritu, in frequentissimo Illustrissimorum Principum, Generosorum Baronum, pluriumque reverendorum, nobilissimorum, consultissimorum, experientissimorum, & literatissimorum Virorum, atque Studiosorum cœtu:

RECTORE

Et juxtà amplissimæ Facultatis Iuridicæ

DECANO:

Magnifico, spectatissimo, & consultissimo Viro: Dn. Henrico Bocero, *Iurium Doctore & Professore, Iudiciiq; Provincialis summi Adsessore præclarissimo:*

PROCLAMATI SUNT

JOHANNES MELBECIUS, LUneburg. Saxo. Civilis Canoniciq; Iurium
DOCTOR:

Et,

ERASMUS Weken / *HAMBURG. Saxo. Iurium eorundem* LICENTIATUS.



ORATIO

DE VERIS

ET JUVENTUTIS COMPARA- tione.



PRæclarè & eleganter, Principes Illuſtriſſimi, celſiſſimi, florentiſſimi, Domini clementiſſimi; Rector Magnifice, Barones generoſi & inclyti, Cancellarie digniſſime: Viri admodùm reverendi, nobiliſſimi, conſultiſſimi, experientiſſimi, clariſſimi: voſq́ue cæteri, qui adeſtis, generis ſplendore, pietate, doctrinâ, virtute apprimè conſpicui Auditores: Adoleſcentes optimi; Studioſi lectiſſimi: Præclarè, inquam, & eleganter Pericles, ſummus ille Athenien-

niensium Imperator, cùm aliquando oratione publicâ celebraret eos, qui vitam pro patria in bello gloriosè profuderant, dixisse perhibetur: *haud aliter juventutem è civitate sublatam esse, quàm si quispiam ver ex anno tolleret.* Vidit nimirum, vidit Dux longè prudentissimus & peritissimus: ut ver omnium anni partium pulcherrima est, florentissima & præstantissima: ita omnium quoque ætatum pulcherrimam, florentissimam & præstantissimam juventutem esse: eamque vel ab initio in primis educationis sive institutionis annis neglectam, vel postmodum è medio sublatam, aut quocunque casu deperditam, non minus Reipublicæ detrimenti ac incommodi adferre, quàm si vernum ex anno tempus, aut novi medio è vere flores removerentur. Cùm itaque denuò mihi ex hoc amplissimo loco dicendi munus subeundum sit: occasione Attici illius Apophthegmatis de hac ipsa *Veris & Juventutis* comparatione verba faciam; primùm quidem utriusque

suavi-

ſuavitatem & utilitatem expoſiturus: deinde id, gratiâ cujus cathedram hanc potiſſimùm conſcendi, executurus, & præſentibus clariſſimis Dominis Candidatis decretos in jure utroque honores ritè ſolenniterque collaturus. Ita omnino futurum ſpero: ut juvenes (ad quos hæc omnis præcipuè inſtituta mihi eſt oratio) tum de anni tempore præſenti; tum ætate ea, in qua conſtituti ſunt, ſicque de officij ſui partibus commonefieri utiliter poſſint. Et certè hoc ipſum ſi contueri tempus; ſi hodiernum contemplari diem; ſi hanc ipſam, quâ ſplendidiſſimam hanc in Aulam convenimus, ratione animoque luſtrare horam voluerimus: hanc, non aliam, aptam & convenientem, ac propè neceſſariam orationem eſſe, deprehendemus.

Proinde vos omnes & ſingulos, quos frequentes huc confluxiſſe video, ſubmiſsè, officiosè & amanter rogo: ut parvam exigui temporis uſuram mihi haud alienis de rebus dicere conanti clementer & benevolè tribuatis;

buatis: & cùm meum ſtudium attentione veſtrâ concitetis: tum attentionem ſilentio declaretis. Quod ſi, ut bona ſpes me tenet, obtinuero: operam ſedulò ſum daturus: ut, ſi nullâ re aliâ, ſaltem brevitate, argumentique novitate (id enim hactenus à quoquā alio hoc loci tractatum eſſe, haud memini, aliquam reportem gratiam.

Unde verò in tam immenſa eorum, quæ ad dicendum occurrunt, multitudine & varietate potiſſimùm exordiar? Idem mihi, Auditores, uſuvenire intelligo, quod aliis in nudo atque jejuno accidere ſolet argumēto. Quemadmodum enim illi in ſterili materiâ quid proferant, non niſi multâ & ſolicitâ indagine inveniunt: ita mihi in ubere ac copioſo hoc argumento evenire video: ut, unde initium faciam, aut ubi deſinam, quid primo aut poſtremo loco dicam, vix reperiam. Enimverò illos, qui hoc anni tempore in amœniſſimis hortis aut pratis, animi ſive recreationis cauſa deambulant, imitabor: qui, cùm ex oblatâ quaſi Flo-

si FLORUM lectissimorum CISTâ (quæ veris Imago est & Nota hieroglyphica) omnes undique flosculos decerpere aut colligere nequeant, pauculos tantùm, eosque præcipuos excerpunt, atque delibant. Itaque haud immeritò cum pastore illo Virgiliano exclamamus:

Et nunc omnis ager; nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent sylvæ: nunc formosissimus annus.

Neque etiam sine causa cum Nasone, Poëta suavissimo, canimus:

Omnia nunc florent: nunc est nova temporis ætas:
Et nova de gravido palmite gemma tumet:
Et modò formatis operitur frondibus arbos:
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent:
Ludit & in pratis, luxuriatq; pecus.

Nunc

Nunc blandi soles, ignotaq; prodit hirundo:
Et luteum celsa sub trabe figit opus.

Quæ enim, obsecro, nominari voluptas potest, quæve excogitari honesta oblectatio; quâ minùs frui verno hoc tempore liceat; & quam non secum anni hæc pars afferat? Quócunque tandem oculi inciderint: sive pulchritudinem illi quærant; sive oblectationem propositam habeant: omnia formosa, jucunda omnia, in hac anni parte reperient. Si quis eos fortè pascere desideret: in probè cultos sese conferat hortos: ibi plantas, ibi frutices, ibi frugiferas arbores, novellas & vetulas, ex hyemis squalore tanquam ex morte reviviscere, & succo vigoreque pristino recuperato renasci, revirescere, frondescere atque florere videbit: ibi utiles & salubres, ac bene spirantes inveniet herbas: ibi pallentes violas, ibi cæruleos hyacinthos; ibi purpureas rosas, aliosque flores ferè innumeros, alios niveo, alios rubicundo, alios croceo, alios coccineo, alios

vermiculato, alio alios colore ſuperbire atque abblandiri ſibi, animadvertet. Præterea prata contueri, arva ingredi, vites contemplari, ſylvas aſpicere, colles & montes ſpectare licet: quantâ fragrantiâ, quantâ amœnitate illa omnia virent? quàm variis, & floribus, & coloribus nitent? Quòd ſi verò quis Muſicam amet: ſi ſymphoniâ gaudeat: ſi cantionibus delectetur: is luſcinias, is alaudas, is citrinellas, carduеles, merulas, fringillas, & cæteras cantus ſuavitate aviculas præcellentes concentuque ſuo gaudium & gratitudinem erga creatorem ſuum abundè oſtendentes audiat: ſuâ certè ſponte fatebitur, nullam unquam tam ſuavem muſicam, tam jucundam harmoniam reperiri poſſe, quæ cum mellitiſſimâ dulciſſimaque avium hoc anni tempore ſymphoniâ comparari queat. Eſtné porrò aliquis, cui corporis exercitatio arrideat? *Quemq́; juvet rapido forſan contendere curſu?* aut pilâ ſe exercere? aut ſaltu & decurſionibus militaribus, prandia cœnaſque con-

condire? cœlum utique ipsum sereni-tate suâ vel invitum ad ludendum invitare atque allicere videtur. Sed quid ego nunc de istâ cœli serenitate atque clementiâ dicam? quid de saluberrima aëris temperie proferam? Ver absque ulla dubitatione est à Græco ἦρ, quod ab ἥρα, id est, Iunone, quæ idem quod Aër significat, deductum videtur. Est enim Ver nihil aliud, quàm aëris temperies, vel LENIS, vel SPLENDIDA (Lenz oder Glenz) à leni, & temperato Solis splendore Germanis nostris denominata. Nam vere ineunte Sol non tam luce, quàm calore suo benigno aërem mitigat, terram fovet, aquas resolvit: *solvuntur teneræ sole tepente nives.* Inde mirum est, quantam animantia omnia, imò natura tota voluptatem capiat. Hominis enim vires recreantur, spiritus excitantur, animus exhilaratur. Quinimò animalia & bruta ad pabulum exeuntia omni gestu & voce lætitiam declarant, & tantùm non tripudiant. Vos ipsi reputate apud animum vestrum, Auditores in-

clyti: frigoris in hyeme (*quæ glacialis erat, canos hirsuta capillos*, ut Poëta loquitur) magnitudinem & rigorem in memoriam revocate: nimium æstatis calorem ponderate: ferventisque caniculæ molestias ante oculos ponite: crebras autumni pluvias, nimbos, nebulas, ventos, inconstantiam & mutabilitatem considerate atque perpendite: & nullo modo (ut mea quidem fert opinio) huic tempori primas tribuere dubitabitis.

Cęterùm ullumné ver tam gratum, tam acceptum, tam jucundum esse, tantaque oblectatione & voluptate homines perfundere posse putatis, quantam ex juvenili ætate iidem percipere solent? Juvenilem quæso corporis florem vigoremque intuemini: & eo nil pulchrius esse statuetis. Hilaritatem, festivitatem, comitatem, affabilitatem sermonis, nec non probatos mores aspicite: & iis nihil esse elegantius, suavius nihil, fateri cogemini. Vitæ simplicitatem, integritatem, sanctimoniam contemplamini; & eâ nihil

ama-

amabilius, nihil pretiosius esse, censebitis. Nihil ego hîc de corporis aspectu, qui plenus gratiæ est & venustatis, dico: membrorum omnium aptam & suavem consensionem atque connexionem negligo: silentio roseas & nitentes prætereo genas: faciem pulchram, quæ non contracta est, in qua nullæ sunt rugæ, morositatis indices, taceo: miram oris rosei suavitatem, quæ vehementer oculos movet atque delectat, omitto: robur denique vividum (nulla siquidem ætas est juvenili valentior, juxta illud Poëtæ:

Fitq; valens juvenis: neq; enim robustior ætas:
Ulla nec uberior.)

robur, inquam, vividum & gratum, in quo nonnulli, haud spernendæ auctoritatis viri, juventutis pulchritudinem ponere minimè dubitârunt, non attingo. Quæ sanè omnia non levia quidem, aut contemnenda sunt: sed hæc eadem, de quibus jam breviter sum dicturus, longè illa superare videntur. Etenim longè magis sui in amo-

rem homines inducunt & pelliciunt; majoremque, quàm ulla musica, aut ullus avicularum concentus, voluptatem & delectationem pariunt virtutes illæ, quas in juvenibus & plurimas & pulcherrimas cernimus. Neque enim illos flavi vexat auri sacra fames, ut cum Vate loquar: nec illos exagitat (quæ plerosque, etiam eos, qui præ aliis viri boni & Christiani ab omnibus haberi volunt, transversos abripit, cæcosque reddit) avaritia: nec illos nimia possidendi cupiditas, cujus nunquam expletur, nec satiatur sitis, excruciat; aut vesana & injuriosa alienorum afficit appetitio. Nam quia magnis, fortibus, excelsisque præditi sunt animis, opes parvi pendunt: divitias respuunt: amplas fortunas non expetunt: sed ad altiora aspirant: ad veram gloriam, quæ est fructus (Tullio teste) veræ virtutis contendunt: honestatemque solam (Ethicè, non Theologicè; ex Politicâ, non ex Scripturâ loquor) sibi propositam habent. Sed & pravo illi non sunt ingenio: non sunt fallaces: non invi-

invidi, non malevoli, aut maledici: sed aperti sunt; sed candidi sunt; sed synceri; sed simplices: propterea quòd suâ ipsorummet integritate & innocentiâ alios metiri atque æstimare soleant. Fortitudinem verò ubi inveniemus: hanc ætatem si neglexerimus, aut ab ea si recesserimus? Cùm enim (ut Philosopho placet) proprium fortitudinis sit, nihil nisi turpia extimescere: omnia humana despicere: nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare: nulli certè ætati, præterquam juventuti, hęc attribuere & assignare verè poterimus. Semper namque juvenes illius Horatiani sunt memores:

——Vivite fortes:
Fortiaq; adversis opponite pectòra rebus.

Et sanè nomen ipsum hoc indicat, *juventutis*: nimirum Rempublicam maximè hanc ætatem juvare: & pro Patria, pro religione, pro parentibus, pro cognatis, pro amicis, pro aris & focis pugnare. Quid jam de eximia illâ, & aurea virtute, quæ omnium vir-

tutum custos scitè à quibusdam dicitur, verecundià pronunciandum censetis? Hæc licèt perrarò in aliis ætatibus reperiatur; imò interdum etiam reprehendatur: in juventute tamen maximè deprehenditur, commendatur, summisque evehitur laudibus. Hinc appositè D. Bernhardus ait: *Quid excellentius verecundo adolescente? quàm pulchra & quàm splendida gemma morum, est verecundia, in vita & cultu adolescentis? quàm vera & minimè dubia bonæ spei nuntia, bonæ indolis index? Virga est disciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, naturæ laus, soror continentiæ, indicium columbinæ simplicitatis, testis innocentiæ, lampas pudicitiæ mentis, & insigne totius honesti.* Cui consonat illud Socratis, qui subinde hortabatur juvenes, ut hæc tria haberent: *in animo prudentiam: in lingua silentium: in vultu verecundiam.* Quid multa de clementiâ; de misericordiâ quid dissetam?

ram? Nonné hac, ob naturæ & ingenii bonitatem, juventus facilè commovetur? Quid de aliis virtutibus proferam? Nonné in juventute, cùm in rebus honeſtis, quàm utilibus, occupari malit, & laudis atque gloriæ ſtudio feratur, evidentiſſimè eas omnes relucere videmus? Vel illud, amabò, quanti faciendum eſſe arbitramini, Auditores: quòd nulla ætas ad amiciriam (quâ nihil à naturâ datum videtur hominibus majus, melius nihil, nihil præſtabilius) contrahendam conſervandamque hac ipsâ aptior eſt & accommodatior? Etenim juventus non, ut aliæ ætates, multâ curâ & ſolicitudine afficitur: non laboribus diſtenta, non negociis gravibus diſtricta tenetur: non ſolitudines, & loca à conſpectu hominum remota quærit: non cum vulgo utilitate ponderat, æſtimatvé amicitiam, juxta illud Ovidii:

Vulgus amicitias utlitate probat:

ſed ſoluta eſt à curis, libera ab angoribus: ſed convictum amat: ſed ſocietate gaudet: moroſitatem angue, quod

 ajunt,

ajunt, caneque peiùs odit: declinat tristitiam: mœstitiam fugit: solitudinem detestatur: candida & aperta est, ac in aperto proinde conversari delectatur.

Dixi hactenus, Auditores clementissimi & benevolentissimi: & quidem strictim (cùm temporis angustia prolixiorem tractationem non ferat) breviterque dixi de utriusque tam veris, quàm juventutis suavitate & jucunditate: reliquum est, & vester etiam gratissimus ille in me animorum oculorumque contuitus quodammodo hortatur, ut ad reliquam orationis meæ telam pertexendam contento studio cursuque veniam: adeoque de utriusque & veris & juventutis utilitate, & ad res gerendas opportunitate, nonnihil proponam. Neque enim credibile, aut veritati consentaneum est: magis ad voluptatem & delectationem, quàm commodum & utilitatem respexisse Periclem, Virum & bello & prudentiâ clarissimum, cùm questus est; non secus juventutem è civitate sublatam esse, ac si vernum ex anno tem-

tempus tolleretur: & magnum illum ingenio & suavitate Poëtam, Pericli huic succinentem:

Quid? non in species secedere quatuor annum
Aspicis, ætatis peragrantem imitamina nostræ?
Nam tener, & lactens, puerique simillimus ævo
Vere novo est, tunc herba nitens, &c.

Neminem autem vestrûm esse arbitror; qui minùs veri omnium rerum copiam adscribendam, abundantiam tribuendam, affluentiam assignandam, omneque id, quo vita caduca hæc & fragilis sustentatur, acceptum ferendum esse intelligat. Quàm enim, Deum immortalem, largè & copiosè pastum animantibus eum, qui cuique aptus est & conveniens, hæc anni pars largitur? quàm varias escas, easque utiles & jucundas hominibus præbet & suppeditat? lac, butyrum, caseos: vitulos, agnellos, hædulos, porcellos, lepusculos, capreolos: pipiones quoque, gallinas pullastras, anserculos, coturni-

turnices, aliaſque avicularum delicias: piſces item varios; fundulos, trutas auratas, naſos, carpiones, gobios, ſalmones, lucios, lampretas, barbones, aſchias, cancros, anguillas, & ſimiles. Aptum eſt vernum tempus ad arationem, ſationem, plantationem, omnemque culturam arborum, & agrorum; ut qui in eo ſementem non fecerit, aut plantârit, nec fructum metere vel decerpere poſſit.

Sed dicat hîc fortaſſis, objiciatque quiſpiam: Quid? Túne cuncta vernali tempori attribuenda exiſtimas? túne hanc anni partem aliis præferendam judicas? Annón æſtas demum fruges enatas, & pubeſcentem atque in culmos erigentem ſeſe ſegetem concoquit? Annón in æſtate demum fruges ad ſpicam perveniunt, & matureſcunt? Nonné in autumno demum fructus & arborum, & agrorum, & vitium colliguntur? Hæc equidem, & id genus alia tametſi valida, & vix negari poſſe videntur: talia tamen in rei veritate ſunt, ut veri necquicquam dero-

gare

gare poſſint. Si etenim rem ipſam accuratiùs paulò conſiderare, & penſiculatè inſpicere velimus: reperiemus profectò, divinâ Creatoris noſtri munificentiſſimi providentiâ & benedictione nullam rerum ad victum neceſſariarum ubertatem & copiam, niſi vernis modicis imbribus ac tepore laxetur terra, & benè floruerint cùm ſegetes, tum arbores, tum vineæ, expectari poſſe. Atque illud ipſum, quo de nunc agitur, partim veterum comprobat judicium: partim quotidiana, quæ certiſſima rerum magiſtra, teſtatur experientia: necnon agricolarum & vinitorum noſtrorum cura, quæ nullo anni tempore major, quàm hoc eſſe ſolet, luculenter confirmat. Cur enim Floralia olim, hoc eſt, dies feſtos, ludoſque in honorem Floræ (quæ Dea florum habita fuit) agrorumque luſtrationes hoc anni tempore inſtitutas putamus? Cur Robigalia, quibus Robigo Deo ſacra fiebant, ut rubiginem à ſegetibus averteret, hoc eodem tempore celebrari ſolita fuiſſe arbitramur?

mur? Cur vinalia, id est, solennes dies, quibus veteres novum vinum Jovi superstitiosè libabant, hoc ipso celebrata anni tempore existimamus? Nonné quòd in vere maximè frugibus fructibusque atque uvis homines metuerent? Quam cæcitatem stupendam, & vanitatem pudendam Christianos decet plus detestari, quàm admirari: imitari nequaquam.

Quid porrò de actionibus ut dicam expectatis, Auditores? cùm nullo unquam tempore meliùs eas & suscipi & expediri posse, quàm hoc ipso, facilè (ut opinor) quisque sanæ mentis sit concessurus? Estné, qui cupiat longinquas adire regiones? exteras peragrare terras? diversas lustrare nationes? varias inspicere Urbes & Academias? Nullum hoc verno peregrinationibus aptius & commodius tempus, tum propter dierum longitudinem, tum aëris salubritatem & temperiem (quâ etiam fluminum aquæ, hyberno frigore constrictissimæ, rursus navigabiles fiunt) monstrari poterit. Quid multis?

tis? Quis amabò veſtrûm eſt; qui non (ut alia plurima ſilentio, brevitatis causâ, involvam) ad bonarum artium ſtudia capeſſendum, ad philoſophandum, ad inquirendum medendi ſcientiam, ad jus longè lateque diffuſum enucleandum, ad ſacra Biblia evolvendum, multò magis nunc, quàm aliâs, aptum ſeſe atque idoneum eſſe, animadvertat? Tum enim potiſſimùm hominis mentem & memoriam (quæ omnium rerum theſaurus meritò dicitur, & cuſtos) vigere conſtat; cùm moderata corporis eſt, & æquabilis conſtitutio: ita quidem, ut nec calore nimio divexetur: nec nimio infeſtetur frigore: nec crebris ac repentinis commutationibus ſit obnoxia: nec denique variis affligatur opprimaturque morbis. Planè, hoc anni tempore, ob ſummam aëris æquabilitatem, & moderatam temperationem, non modò raros, minuſque diuturnos, aut periculoſos generari morbos videmus: verùm etiam aliis anni temporibus collectos ac deſperatos, non niſi gratiſ-

ſimo

ſimo veris adventu curari, re ipſa ſæpius experimur. Adde, quòd hoc anni tempore ſaluberrimas thermas, acidaſque exoptatiſſimorum fontium venas languidis mortalibus frequentare, & fructuosè utiliterque adhibere licet. Quinimò ſi ſacra conſulimus oracula, vernalem hanc terræ faciem (*liceat cum D. Auguſtino ſic loqui*) reliquis anni partibus facilè primas eripere; vel inde ſatis apparet; quòd verno hoc tempore, & mundum conditum, & primum hominem creatum, & Iudæos ab Ægyptia ſervitute liberatos, atque in terram illam lacte & melle fluentem cœleſti beneficio ductos; necnon ipſum Chriſtum Salvatorem noſtrum unicum, ex beatiſſima Virgine hominem factum, à Juda oſculo inſidioſo proditum; à Judæis nefariè comprehenſum, miſerandum in modum illuſum, percuſſum, flagellis cæſum, tandemque cruci affixum, mortuum, ſepultum, ad vitam reſuſcitatum, atque totum redemptionis humanæ opus completum eſſe; veriſ-

ſima

ſima hiſtoriarum monumenta evincunt.

O longè auſpicatiſſimum, ô longè deſideratiſſimum tempus! ô inauditam atque adorandam Filii Dei miſericordiam! ô mirabiliter ſingularem, & ſingulariter mirabilem humilitatem & clementiam! Hominis miſeretur is, cujus numen violatum erat per inobedientiam: pro homine peccatore intercedit is, qui peccatum nullum fecerat: pro homine morti ſeſe obiicit is, qui immortalitate ab æterno donatus erat; crimen denique injuſtitiæ obit is, qui ab æterno ſemper eſt juſtiſſimus. O ſtupendum, ô inexplicabile, & ad intimos animorum receſſus deponendum dulciſſimi Redemptoris noſtri beneficium! Nec ſatis: tanta eſt veris gratia, & pulchritudo formoſiſſima, ut veræ beatitudini & felicitati, quæ in ſtatu innocentiæ integritatiſque ante lapſum protoplaſtorum fuit, & in vita ſempiterna æviternùm futura eſt, comparetur. Non equidem ver illud æternum Sulmonenſis: non

aureum illud Poëtarum ſeculum: ſed ver illud ſeculi ſeculorum, vitæ, gloriæ, immortalitatis & inſtaurationis conſummatiſſimæ, ſine modo, ſine tempore, ſine fine, piè intelligo. Vere novo cuncta in natura reſtaurantur, innovantur, reſuſcitantur. Sic filius Dei cœleſtis Sponſus adventaturus vere novo naturam noſtram innovabit perfectiſſimè; & Sponſam ſuam excitabit glorioſiſſimè: *Surge, Surge, Amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni: jam enim hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit, Cantic.* 2. *v.* 10. 11.

Ex his igitur omnibus quovis electro, ipſoque meridie apparet dilucidiùs: ver præſtantiſſimam anni partem, eique primas optimo jure tribuendas eſſe. Quid autem vetaret, quo minùs hac etiam in parte commodè juventutem cum vere conferre poſſemus? Ut enim in nulla ætate tantus extat ſplendor, tanta alacritas, tantum robur, ſive ingenii ob oculos ponamus præſtantiam, ſive corporis ſpectemus & intueamur vires, atque excellen-

cellentiam, quantum juvenili in ætate consistere & inesse perspicuum est: ita etiam nulla ad res benè, præclarè, fortiterque gerendas aptior illâ esse solet, vel potest. Idque sic se habere multis demonstrari fortissimorum & præclarissimorum juvenum posset, si tempus suppeteret, exemplis. Romana saltem penitiùs introspiciatur juventus: quantâ magnanimitate, quantâ alacritate, quantâ constantiâ patriam suam sæpissimè adjuverit, defenderit, à direptione atque interitu liberârit, conservâritque: abundè satis, præter alios, Valerius Maximus & Plutarchus, Auctores locupletissimi, testantur. Superior ille Africanus, *cujus erit nomen clarum, dum Roma manebit*, viginti quatuor annos natus, adversus Carthaginenses in Hispania Imperator electus, periculosissimo Reipublicæ tempore; tam graviter, tam prudenter apud populum Romanum disseruit de Republica: ut nemini mirum postea visum fuerit, quòd Carthaginem deleverit, & Patriæ penè ca-

dentem libertatem restituerit. Sed & Rulli, Decii, Corvini, admodum adolescentes, Consules facti, tantas res gesserunt, quantas vix ullum alium, in senili ætate constitutum, gessisse legimus. Quin & juvenibus summos honores, & munera maximè ardua sæpiusculè delata, illosque præcipuo quodam amore à Deo dilectos fuisse, sacræ literæ luculenter edocent. Unde Davidem & Solomonem, Joam, & Josiam, illum septennem, hunc octennem adolescentes, in Reges divino judicio unctos: Samuelem & Danielem item, in ipsa adolescentia Prophetiæ donum accepisse, & à Deo judices factos, ex divinis oraculis compertum habemus. Celsus porrò Jurisconsultus, adolescens propterea in jure vocatur: quòd eâ ætate jus civile tam ingeniosè, tam exquisitè docuit: ut Paulus & Julianus (duo præcipua Jurisprudentiæ lumina) eius sententiam sæpè sequuti inveniantur. Bartolum nostrum (qui auriga, & signifer, & moderator, & coryphæus, & lucerna, & speculum

culum juris vulgò dicitur) anno ætatis vigesimo de jure egregiè respondisse; & Baldum famosissimum illum Interpretem, anno decimo quarto laudabiliter repetiisse perdifficilem legem, centum Capuæ. 8. ff. de eo, quod certo loco dari oportet. refert Angelus. Sed quorsum hæc prolixiùs? Si omnes juris Interpretes, & veteres, & recentiores, qui præclara ingenii sui monumenta in ipso juventutis flore posteritati consecrârunt, recensere hîc satagerem: citiùs me dies, imò citiùs me integrum hoc vernum tempus, quàm sermo deficeret. Hoc duntaxat, quod Proverbii vice circumferri solet, addo: *Solem orientem venerandum magis, quàm occidentem: & virtutis cursum esse plerunq;, quàm ætatis, celeriorem.*

At judicii dexteritate præcipuè valent senes: maturo pollent judicio: sapientiæ sunt laude clari & celebres, juxta illud Jobis: *(c. 12. v. 12.) In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Esto, concedantur hæc omnia. Sed hæc, obsecro, cujusmodi in

iis futura essent: nisi aliquam ab adolescentia aut insitam atque innatam ingenii vim, aut parata organa & instrumenta haberent? Studia nimirum adolescentiæ plerunque certò significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ: neque facilè juvenis stolidus aut fatuus, senex cordatus & prudens esse poterit. Hinc bonos Magistratus, liberalissimos floridæ juventutis nutricios, in erigendis ludis literariis (qui sint non artium modò & disciplinarum honestarum sedes; sed & virtutum excellentium domicilia) nullis sumptibus parcere, palam est. Hinc piorum Principum & Magnatum animis ea semper infixa est cura: ut literarum studia in sua ditione & territorio floreant: ut civium & subditorum liberi rectè informentur: ut bonis moribus atque linguis imbuantur: ut ad omnes pietatis honestatisque partes educentur. Hinc Præceptores in docendo & monendo omnem omnino curam & diligentiam adhibere notum est. Hinc quoque paren-

Parentes in educando quàm curiosi sint & soliciti, cognitum perspectumque habemus: quippe cùm diligenti educationi adscribenda sint ea omnia, quæ per reliquam vitam totam utiliter laudabiliterque fiunt. Tales enim (*ajebat Aristippus*) nobis opes comparandæ sunt: quæ, si fortè naufragium facere contingat, unâ cum Domino possint enatare: quæ nec eripi, nec surripi possint; nec temporum, nec tempestatum permutatione mutari: quas nobiscum habere, nobiscum semper afferre possimus: ut, si fortè peregrinari solumque vertere contigerit, liceat nobis cum Biante Prienensi dicere: *Ego omnia mea mecum porto*. Exinde fit, ut fideles Parentes suum apud animum certò statuant, nullas se filiis suis præstantiores posse relinquere divitias, quàm si eos ceu hortos & artibus & moribus bonis excultos relinquant. Unde apud Athenienses Parentes, qui liberos probè instituissent, longè majori in honore & existimatione, quàm qui tantùm eosdem genuissent, esse

ſolebant. Proinde meritò Philoſophi probanda eſt aſſertio; qui ad doctrinam, modeſtiam, verecundiam, cæteraſque virtutes plurimùm conducere educationem accuratam affirmat. Quinimò hæc ſola rem totam conſtituit, conſummat, perficit. Qualibus namque moribus quiſque à teneris, quod ajunt, unguiculis imbuitur: talibus etiam, cùm ad virilem ætatem perventum eſt, uti eum conſtat: ſive ad gubernacula Reipubl. ſedeat: ſive in Scholis juventutem erudiat: ſive pro concione populum doceat: ſive alio aliquo in officii genere operam hominibus ſuam præſtet atque exhibeat. Anima ſiquidem puerorum, eſt tanquam tabula raſa, in qua quod volueris ab initio, facile eſt ſculpere, vel ſcribere, vel pingere. Aſt ubi primos colores, ſive primos characteres exceperit; vix efficitur, ut ita mutari poſſit, quin ſaltem priorum non remaneant maculæ. Et ut vaſa nova primum, quem infuderis, liquorem, odore retento referunt: juxta illud Poetæ:

Quo

Quo semel est imbuta recens conservat odorem,
Testa diu: ———

ita non facilè relinquimus & deponimus ea, ad quæ à pueritia assuefacti sumus: sed potiùs, quæ pueri didicimus, senes perpetuò exercemus.

Quod ipsum tum aliorum, tum verò maximè Lycurgi, Lacedæmoniorum legislatoris clarissimi, comprobari auctoritate & exemplo potest: qui cùm cives suos à turpibus ac inhonestis moribus, ad temperatiorem vivendi vocare rationem conaretur: duos educavit catulos, iisdem parentibus progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus vesci cibis: alterum eductum venatione exercuit. Deinde cùm ambos produxisset in forum ad hominum multitudinem; illic spinas, simul & escas aliquas delicatiores posuit, moxque leporem emisit. Cùm uterque raperetur ad assueta: alter ad escas: alter verò leporem invaderet: annón videtis, inquit, cives· duos catulos, quantumvis eiusdem sint

generis; tamen ob diversam educationem, dissimiles admodum inter sese evasisse: plusque ad honestatem momenti exercitationem & educationem fidelem, quàm naturam ipsam habere. Quare non minùs veritati consonam, quàm egregiam Ciceronis *lib. 3. de divinat.* judico esse sententiam: qui nullum munus Reipublicæ afferri majus meliusque posse statuit, quàm si fideliter educetur, doceatur, erudiaturque juventus: siquidem præcipua Reipublicæ salus in educatione liberali & verâ adolescentum sit posita. Et, ut insignis Plato dixit: adolescens rectè educatus, in divinum aliquod solet evadere animal: perperam verò institutus aut neglectus, in immanissimam consuevit degenerare beluam. Et qualis uniuscujusque loci sit iuventus, talem mox universam fore Rempublicam, idem verissimè divinavit.

Sed ut eò, unde digressus sum, redeam: nihil quicquam esse reor, quod ad res benè gerendas necessarium juvenili

venili poſſit in ætate deſiderari. Non ſenſuum deſideratur vigor: non memoriæ firmitas: non virium corporis integritas: non robur: non denique alia, quæ ſtudia, conatus, actiones, cum utilitate honeſtateque conjunctas, promovere ſolent. Neque verò quia aut animi perturbationibus obnoxia & ſubjecta eſt juventus: aut impetum animi frenare & regere minùs poteſt, ſecundùm illud Senecæ: *juvenile vitium eſt, regere non poſſe impetum:* aut gloriæ cupiditate flagrat: idcirco reprehendenda & increpanda omnimodò videtur. Nam & ipſos Philoſophos affectus indiſtinctè omnes non damnare; ſed honeſtos & utiles, veluti calcaria quædam data ad benè honeſteque vivendum laudare; nec non vehementem animi motum fortitudinis ceu cotem & ſatellitem eſſe affirmare, ex literarum, quæ reliquerunt, liquet monumentis. Laudis verò atque gloriæ cupiditatem ad res præclaras ſuſcipiendum, & fortiter gerendum, plurimum adferre adjumenti, quis

quis non videt? Rogentur modò Pædagogi & Scholarum Magiſtri: quos potiſſimùm dari ſibi diſcipulos optent? cum Quintiliano ſcilicet, dicendi Magiſtro optimo, reſpondebunt: ambitioſos, quos laus excitet, quos gloria juvet, quos mordeat objurgatio, qui victi fleant. Unde etiam Spartani, referente Plutarcho, liberos ſuos à prima ſtatim ætate duci cupiunt gloriâ: ut infamiis ingemiſcant, & laudibus exultent. Qui autem apud eoſdem laudis aviditate non tangitur, aut commovetur: is ab omnibus, ut degener ad virtutem, & ignavus, ridetur, negligitur, contemnitur.

Veterum porrò illorum facinora, quæ tantopere miramur, ſuſpicimus, plenoque ore collaudamus, unde quæſo, niſi à laudis profecta eſſe amore & ſtudio putamus? Themiſtocles, Dux ille Athenienſium inclytus, ſi reviviſceret: annón illuſtribus Miltiadis, pariter Athenienſium Ducis acerrimi, triumphis & gloriâ excitatum, res ſeſe præclaras geſſiſſe fateretur? Julius ille primus

primus Romanorum Imperator, in vitam ſi rediret: nonné Alexandri Magni, invictiſſimi potentiſſimique Macedonum Regis, celebratiſſima geſta ſtimulos ſibi admoviſſe diceret? Si prodiret Alexander ipſe: nonné gloriæ & laudis ſe cupiditate ſolà accenſum inflammatumque de univerſo terrarum orbe ſubigendo cogitaſſe affirmaret? Duces ſtrenuos, milites fortes, civitatum Rectores prudentes, viros eruditos & doctos ſi quis adhuc hodie interrogaret: cur in tam exiguo brevique vitæ curriculo, tot tantiſque ſeſe laboribus conficerent? tot ſeſe curis macerarent? tot angerent vigiliis, atque cruciarent? Nonné præter laudem & gloriam, cum vera pietate conjunctam, mercedem ſeſe laborum nullam exigere aut deſiderare, reſponderent? Quæ tamen eò nec dicta, nec intellecta volo, quaſi nobis Chriſtianis inanis (gentium more) tantùm gloriolæ aurula captanda eſſet: ſed ejuſmodi omninò ſuſcipiendum laudis ſtudium; quod ad Dei noſtri gloriam, & Eccleſiæ Chri-

ſiæ Chriſtianæ commodum vel præcipuè ſic accommodatum.

Cæterùm hîc idem evenire mihi ſentio, quod contingere ſolet iis; qui, in mari dum vehuntur tumido atque immenſo, & fluctibus hinc inde agitantur, ad portum quàm celerrimè contendunt. Quocirca vela jam contraham, curſumque ſecundæ partis hujus oratiunculæ, tempore excluſus abrumpã, contentus iis, quæ à me leviter indicata & adumbrata potiùs, quàm expreſſa atque explicata fuerunt. Interim tamen ex his, quæ à me in medium ſunt, pro ratione temporis, prolata, facilè nulloque negocio perſpicere poteſtis, Auditores: rectè & congruenter cum vere juventutem à Pericle collatam fuiſſe: propterea quòd non minùs hæc, atque illud, præter voluptatem & delectationem, commodi emolumentique plurimum ad res gerendas afferre conſuevit. Sed & idem vos tempus, juvenes florentiſſimi (vos enim, vos nunc potiſſimùm compello) idem, inquam,

vos

vos tempus, eademque ætas de laboribus virilis ætatis,& pluribus tristis senectutis molestiis, & in vere quasi viatico comparando monere debet. Abit tempus : præterit ætas: avolat occasio: post asperam hyemem, ver quidem jucundissimum recurrit: at non itidem post senectam redire juventus solet. Et sicuti præterita unda nunquam relabitur: ita nec unquam tempus lapsum reparatur. Quamobrem adeste quæso animis, corporibus qui adestis: agite, obsecro, rationem & temporis,& ætatis, & oblatæ occasionis habete, eamque optimam & exoptatissimam, dum licet, utrâque manu apprehendite: piâ vos eruditione instruite: utilibus teneros vestros artibus animos excolite atque exornate: ut faciliùs futuros labores, & postremæ ætatis molestias sustinere, eique tempus tranquillum, atque solatium firmum comparare possitis: semperque cogitate id, quod eleganter Ovidius cecinit:

Dum vires, anniq; sinunt, tolerate labores; *Jam*

Jam veniet tacito curva senectà pede.

Item illud:

Venturæ memores jam nunc estote senectæ:
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Et:

Utendum est ætate: cito pede labitur ætas:
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.

Agite, inquam, quotquot hîc adestis, adolescentes lectissimi: ad præsentes Dominos Candidatos, propter quos meritissimis honoribus ornandos solennis hic actus institutus est, respicite: eos, tanquam speculum & exemplum vivum sinceræ pietatis, nobilitatis veræ, eruditionis eximiæ, gravitatis singularis, omnisque excellentis virtutis, apertis oculis contuendos, omni studio & conatu, in omni vita imitandos, vobis proponite: nec unquam committite; ut vos à literarum tractatione, virtutisque cultura assidua

duâ, vel voluptas avocet, vel otium abſtrahat, vel ſomnus retardet, vel quidvis aliud, quo capi atque deliniri adoleſcentia ſolet, abducat.

Porrò ut ad id, quod mei præcipuè muneris eſt, adeoque ultimam propoſitæ orationis partem propiùs accedam: Candidatus, quem coràm cernitis, ordine primus, hanc in lucem editus eſt loco admodum ſplendido & percelebri; Urbe nimirum florentiſſimâ LUNÆBURGA, Saxonico in ſolo inferiore Hanſaticas inter Urbes nobiliſſimâ: legitimis honeſtiſque natalibus; Patre quidem Leonhardo Melbecio; Matre verò Eliſabetha Ballhornn, civibus utroque Lunæburgenſibus, famæ juxtà & vitæ integritate ſpectatiſſimis: pietatis & virtutis amantiſſimis. Antiqua ſanè, florida & decora ſatis MELBECIORUM Familia jam dudum eâ in Urbe fuit: ſed neſcio, quo aſperiore fato attrita nonnihil, crebriſque & autumni & hyemis rigidioris nimbis & nebulis obſcurata, ſicque variis fortunæ inclementioris

procellis agitata nunc marcet: & in Candidato hoc nostro penè solo, tanquam nobili surculo, senescente suâque mole collabente paulatim arbore, decerpto & rursum in eam inserto reservatur. Faxit DEUS ter Optimus Maximus, supremus auctor & insitor: ut stirps illa vetustissima, insignis Candidati hujus virtute, pietate & doctrinâ, ceu salutari quadam veris pluviâ irrigata, pristinum florem & vigorem receptet: frondibus & ramis robustis abundet: fructusque tandem ferat & relinquat posteritati immortales.

Primum autem studiorum tempus Candidatus noster in Patria consumpsit, usus Præceptoribus præstantissimis & fidelissimis; præcipuè præclarissimo Viro, Dn. M. Georgio Bachmano, Philosophicis suis & Theologicis Scriptis, publicæ luci & censuræ commissis, in Germania celeberrimo; & Dn. Paulo Blocio, Viro cùm omni disciplinarum genere, tum Latinâ maximè, Græcaque literaturâ tersiore, & utrâque Poësi, cultissimo: quod itidem

eius

eius publicis typis posteritati demandata Scripta luculenter adſertant. In primo illo pubeſcentis ætatis ſuæ flore, adhuc in particulari, ut vocant, literarum emporio conſtitutus, dum à Præceptoribus ſuis modò dictis erudiebatur, ſtatim ipſemet & alios erudire cœpit; eoque pacto & diſcentis & docentis vice ſimul laudabiliter functus eſt. Ipſius quippe tum temporis fidei induſtriæque concrediti fuerunt duo Patricii Lunæburgenſes, Dn. Ludolphus Laffers/ & Dn. Henricus Döring; quorum uterque, magnâ & doctrinæ & virtutis laude, Urbem jam Patriam incolunt atque exornant. Seſquianni decurſo poſtea ſpacio, quatuor præterea Germani fratres Patricii, priſcâ Diethmerſiorum Familiâ orti, ei fuerunt commendati: quorum majore cum natu, Dn. Georgio Diethmers, p. mem. feliciſſimi ingenii, dum vita manebat, adoleſcente, ad tres nobiliſſimas Germaniæ Academias, Roſtochium, Witebergam, & Argentoratum ablegatus, integros quinque an-

 nos;

nos, ſine ulla intercapedine, aut domum patriam viſitandi libidine, humanioribus literis operam ſtrenuè impendit. Florenti illo in ævo primo, apprimè eidem jucundum fuit, ſæpius in amœniſſima Muſarum vireta expaciari, & dulce aliquod, argutumque melos poëticum fingere. Sed & valdè delectabatur eruditis diſputationibus, è purioris Philoſophiæ & Logices Ariſtoteléæ fontibus derivatis. Et quoniam moris erat, patriâ in palæſtrâ literariâ, alternis vicibus Theologica & Dialectica proponere, tueri, & oppugnare axiomata: ſtrenuum ſe is haud rarò fortemque athletam præſtitit: ac ea propter Præceptoribus charus, & commilitonibus gratus acceptuſque cumprimis fuit. Quia verò patriâ illa in Scholâ Peripateticis & Melanchtonicis duntaxat Logices & Philoſophiæ præceptis inſtituebatur; idcirco Roſtochium primùm, inde Witebergam peſtis flagrantis formidine profectus, prædicto inter fratres Diethmarſios natu maximo, brevi qui-

quidem, attamen perpetuâ abſolutaque commentatione, totum Ariſtotelis Organon privatim explicuit.

Cæterùm altero pòſt anno, cùm vetus ipſius diſcipulus, Henricus Dôring, Witebergam miſſus, ei denuò adjungeretur: deliberare ſecum cœpit aliquantulùm accuratiùs: ecquâ proclivioris & compendioſiore ratione tyro politicus, ad Reipublicæ gubernacula enutriendus, ſufficiente Philoſophiæ cognitione imbui docerique poſſet: & tandem comperit, Petri Rami Logica præcepta uſum maximè reſpicere, & ſcopum principalem argumentandi; ſinuoſiore anfractu & ambage doctrinarum in gyrum expeditiorem revocatâ. Ideoque uno parilique ſtudio & ſibi Rameæ Logices (interim Ariſtoteleâ non valere juſsâ) ſcientiam comparavit, & eandem Diſcipulo illi ſuo paucis menſibus accuratè tradidit: quam poſtea repetens, Dn. Georgio à Dzerſteden fructuosè inculcavit.

Exactis duobus Philoſophiæ in ſta-

dio annis, omnibusque ejusdem partibus in Academia Rostochiana & Witebergensi feliciter evolutis, nobilissimo ac profundissimo sacrosancti Juris studio totum se penitumque mancipavit: & integrum adhuc annum Witebergæ, & postmodum duos annos Argentinæ prçclarissimis utriusque loci Jurisconsultis & Professoribus aurium operam studiosè dedit: necnon opponendo respondendoque privatim ac publicè sedulò se, & gloriosè exercuit. Quo tempore licèt iter in Galliam meditaretur: mortuo tamen Discipuli sui charissimo parente, Domino Laurentio Diethmers, beatæ recordationis, inviti uterque in Patriam sunt revocati. Ast illum Patriâ domo & lare ad carceres rursus & theatrum Academicum, JENÆ ad Salam fluvium pulcherrimè porrectum, acciri curarunt, Nobile & suavissimum par fratrum, BRANDANUS & STATIUS à Tzersteden, Patricii Lunæburgenses: quos primùm solos integrum ibi ferè biennium; tertio autem anno, tertium quo-

uoque fratrem Georgium ad eum, Lunæburgâ profectum, literarum & civilis canonicique Jurium ſcientiâ diligentiſſimè informavit. Nec ſanè ſine auſpicato fortunatoque effectu. Major etenim natu frater, Dn. Brandanus, tantum copiæ theſaurique legalis doctrinæ ſibi brevi temporis ſpacio acquiſivit: ut domum reverſo, non ætate quidem, ſed judicio caneſcenti, ſenatoria purpura decreta; graviſſimorumque Virorum Collegio, unanimi omnium ſuffragio, Patriæque communi applauſu, meritò adſcriptus fuerit & adlectus. Qualem verò, quantumque Candidatus ipſe ſeſe JENÆ exhibuerit, quidvé rerum egerit: per honorificum publicoque ſigillo 10. Novemb. Anno Domini 1607. corroboratum, ampliſſimæ Facultatis Juridicæ in Academia Jenenſi liquidò edisſerit teſtimonium: cujus verba, ex Autographo tranſcripta, inter cætera ſic habent:

Exacto triennio, quo Witebergæ vixit, famâ & eruditione Georgÿ Ob-

rechti, & Dionysii Gothofredi, excitus, Argentinam adijt, & ab utriusq; ore in frequentandis lectionibus biennium pependit. Inde ad nos JENAM se recepit, ubi ex consensu Facultatis Juridicæ Collegium Institutionum aperuit: quod iterum atq; iterum magno Studiosorum numero & applausu habuit; ita ut per integrum sæpenumero diem præesse eum oportuerit: & feliciter ad finem perduxit, additâ Institutionum methodicâ & eruditâ commentatione. Conscripsit etiam Disputationem de jure πρωτοπραξίας concurrentium creditorum: quam, præsidente clarissimo Domino Collega nostro, Dominico Arumæo, publicè habuit. In qua sustinenda ita stetit; ut accessionem non mediocrem ad nomen, quod jam tum apud nos habuit, accessisse re ipsa senserit. In opponendo publicè, ita partes suas obiit, ut & libenter auditus fuerit, & stimulos in Auditorum animis, ob eruditam, tam in jure, quàm Philosophia, præsertim Logicæ disciplinis, adeptam cognitionem, reliquerit. Discipulis suis, quorum è numero multi

multi fuêre nobiles, qui curæ ipsius & fidei fuêre crediti, exemplo integritatis vitæ & morum, præivit: eos non solùm in disserendo, verùm etiam in benè dicendo, dum frequenter Orationes de eleganti aliqua controversia componendas iisdem commisit; ita ut unus actoris, alter rei partes sustineret, exercuit. Ad Poësin à natura quodammodo fertur. Id quod carmina, quæ vidimus, comprobant. Illa enim facili venâ promanasse videntur: puro insuper, eleganti & terso constant stylo. Cumq; non semper de juris apicibus in administratione Reipubl. sermo esse soleat: conjunxit huic studio cognitionem Politicæ, ut temporibus sese accommodare, & prout in deliberationem quid venit, verba facere possit. Constituerat secum apud animum, hac hyeme, vel Pandectarum, vel feudale Collegium habere: nisi pestis, quæ hanc regionem & Academiam non parùm affligit, præclaris eius conatibus obstitisset. Ut verbo multa comprehendamus: ita vitam suam instituit, ut animos nostros sibi firmiter de-

vinxerit. Benevolentiæ nostræ januam ut hactenus, quo apud nos per triennium ferè vixit, nunquam sensit, ut speramus, clausam: ita in posterum eandem semper patentem habebit. Quid enim ea non pateat Viro, qui omnem suam vitam humanitate cum pari conjunctâ gravitate transmittere unicè studet? Juris certè cognitione tantâ instructus est; ut dignum eum censeamus, in quem quovis die Doctoris insignia conferri possint meritissimè, &c.

Ex quibus amplissimi testimonii verbis quamvis luculentissimè appareat: Candidatum nostrum jam tum temporis summis Docturæ honoribus perdignum fuisse judicatum: attamen pro ea, quâ semper fuit modestiâ singulari, consecutionem istorum honorum in aliud commodius tempus distulit. Itaque prædictis fratribus à Tzersteden in Patriam remeantibus, cùm apud illum sedulò ageret & tractaret Magnificus & amplissimus Consul Lunæburgensis, Dn. GEORGIUS Schumacherus, felicis recordationis;

tionis; filium ut ſuum, natu maximum, HARTWICUM, ad Academiam aliquam, quæ ipſi cunque arrideret, deduceret, literiſque humanioribus, & quando per ætatem & judicium locupletiùs formatum liceret, jure etiam noſtro civili & patrio Saxonico informaret: optimi illius & præſtantiſſimi Viri precibus, honeſtiſque propoſitis conditionibus commotus, operam ſuam in erudiendo iſto, boniſque moribus excolendo juvene Patricio, denuò elocavit. Quare quatuor eum ab hinc annis, politiſſimum ad illud ſtudiorum amphitheatrum, ARGENTINAM, ſecum deduxit; quem JENA abeuntem eò comitati ſunt quinque florentiſſimi juvenes; Dn. nempe Hieremias Huſanus Thuringus, cui non ita pridem Baſileæ ſummi in utroque jure honores & privilegia ſolenniter decreta ſunt: tres Patricii Halenſes, Johannes, Auguſtus & Henricus, omnes ex ſtirpe nobili & celeberrimâ DRACHſtediorum prognati, & Dn. Chriſtianus Sorgius Gothanus;

thanus, qui operâ & ſtudio eius, in cognoſcendâ legitimâ noſtra Juris ſcientiâ, JENÆ privato in Collegio aſſiduè uſi erant. Quibus cùm ſe Argentinæ alii nobiles & eruditi quidam adoleſcentes adjunxiſſent: auctoritate inclytæ Facultatis Juridicæ, Collegium, ibidem aperuit Inſtitutionum & Pandectarum, non clamoſis duntaxat diſputationum altercationibus; ſed juris comprimis noſtri Romani principiis & fontibus rectè indagandis, deſtinatum. Sed & nobilium quorundam amicâ compellatione & votis impulſus, iis ut compendioſam, ita perfectam totius juris feudalis ſynopſin, magnâ dexteritate propoſuit: atque duodecim tabellis ὡς ἐν τῷ τύπῳ artificioſè delineatam, uno atque altero menſe ſtudio indefeſſo abſolvit. Argentorato poſt annum relicto, cum ſuo diſcipulo, peculiari ſibi lege devincto, Dn. Hartwico Schumachero, comitatus viciſſim duobus fidiſſimis ſuis commilitonibus; Domino Eraſmo Wetken Hamburgenſi, Competitore

tore hîc ſuo exoptatiſſimo, & Dn. Johanne Drachſtedio, huc Tubingam concesſit. Quâ in Academia noſtrâ, quantâ cum laude pietatis, vitæ ſanctimoniæ, morumque integritatis ac gravitatis vixerit; norunt omnes, eum qui norunt. Norunt utique, quòd ſtrenuam tum in Jus divinum pariter atque humanum, tum in ſtudium hiſtoricum & politicum contulerit operam, tam publicè, quàm privatim Scripta Virorum doctiſſimorum juridica, hiſtorica atque politica diligentiſſimè volvendo, de iiſdem cum eruditis, & literatis aliis, frequentiſſimè conferendo. Illud quoque exploratiſſimum habemus: quòd non ſolùm in Diſputationibus (quæ, extra omnem controverſiam, ingenium acuunt, judicium informant, viamque veritati aperiunt) opponendo & reſpondendo jugiter ſe exercuerit: verùm etiam, magnifico Ordine noſtro approbante, intra privatos parietes (publicâ tamen denunciatione præmiſsâ, & valvis templi ad Divum Georgium, ut cuivis

cuivis pateret aditus, affixâ) Collegium Pandectarum diſputandarum juris Studioſis apetuerit, huicque exercitio magnâ cum ſedulitate & fructu præfuerit. Imprimis verò hoc veriſſimè teſtari poſſumus: eum, poſteaquam ſeſqui ante annum in Senatu noſtro perquàm eleganti oratione præclarum Doctoris decus ac titulum, ceu præmium tot tantorumque exantlatorum laborum, ſibi decerni petierat; ut in Diſſertatione inaugurali, quam de Succeſſione conventionali eruditiſſimam conſcripſerat, publiceque in frequentiſſimo literatorum conventu, haud ſine admiratione & congratulatione illorum habuerat; ſic & in duobus Examinibus, ad normam Legum Academicarum cum ipſo inſtitutis, nec non nuperâ (quam vocant) Lectione curſoriâ, ita ſeſe geſſiſſe, ita appoſitè & nervosè ad interrogata reſpondiſſe, tàm acutè & doctè textus perplexos enodaſſe: ut omnium noſtrûm expectationi pleniſſimè ſatisfecerit: atque adeò omnia, ſecun-

ſecundùm præſcriptum ſtatutorum Academicorum præſtanda, præclariſſimè præſtiterit. Proindeque ei petitos decenter honores, quos ejuſdem præcellens doctrina & virtus jam anteà meruerat, faventibus & gratantibus animis, optimoque jure decrevimus.

Quia verò Candidatus hic noſter ex Baldo & Pinelo compertum habebat: theoriam ſine ſalutari praxi, tanquam ſcientiâ legum digeſtivà, maximè mancam, mutilam & periculoſam evadere: decretis titulis ſive honoribus non priùs inſigniri voluit, quàm in praxi ſe nonnihil exercuiſſet; ſicque ea, quæ antea paſſim ſtudio in theorico, diligentiâ maximâ & incredibili collegerat, ad fori uſum, & ſocietatis humanæ emolumentum, præcipuè verò ad Reipublicæ Patriæ, cui ſemper fuit deditiſſimus, commodum legitimè applicare didiciſſet. Ideoque conſilio & auctoritate ampliſſimi Senatus Lunæburgenſis, hinc ad ſummum & auguſtiſſimum illud Imperii Romano

Ger-

Germanici Tribunal, SPIRAM, ſe contulit, praxeos legitimæ uſum, & arguti Proceſſus Cameralis indolem exactiùs cogniturus. Illic igitur Solicitatos ſive (uti vocant) Agens forenſium controverſiarum, quæ Civitatem Lunæburgenſem reſpiciunt, ſententiamque definitivam præſtolantur, conſtitutus, non ſolùm omnia, quæ notatu digna ubique occurrebant, quàm diligentiſſimè obſervavit: ſed & iſthoc officium tantâ fidelitatis & ſolicitudinis laude obivit: ut magnificus & ſelectiſſimus Lunæburgenſis Senatus haſce eius præclaras utileſque operas munifico ſalario remunerare; nec non ipſum inclytæ Reipublicæ ſuæ Conſiliarium luculentis admodum, & honeſtis conditionibus conſtituere neutiquàm dubitaverit.

Quam functionem perhonorificam ut proſperiore ſucceſſu, & auctoritate majori ſuſtineret: promeritos jam dudum & decretos honores Doctorales, ſolenniter ſibi tribui, ſuperioribus diebus ab Ordine noſtro Juridico re-

ćo reverenter petiit. Cujus ille juſtiſſimæ petitioni ſuum aſſenſum lubens meritoque accommodavit.

Cæterùm ad alterum Candidatum, pariter in conſpectum veſtrum modò productum quod attinet: & is vetuſtiſſimâ honeſtiſſimâque proſapiâ eſt oriundus. Pater equidem ipſius, p. m. Willhadt Wetken/ civis Hamburgenſis fuit: homo ſanctitate vitæ, & celebritate famæ maximè conſpicuus: ſuoſque inter concives cum primis acceptus & honorabilis: quippe officio Ephori ſive Inſpectoris Eccleſiæ ad D. Nicolaum, magnâ fide & vigilantiâ plures annos egregiè functus. Matrem verò adhuc Dei munere habet, nomine Margretam Schultzes/ non obſcurâ è familia natam: ſpectatæ probitatis, & pudicitiæ fœminam: Domini Eraſmi Schultzes/ (unde & Candidato noſtro deductum, impoſitumque nomen proprium eſt Eraſmi) civis item Hamburgenſis integerrimi optimique filiam. De Patria porrò ipſius, Urbe Hamburgo, ut multa commemorem,

morem, haud operæ pretium reor: cùm ipſamet ſeſe ſuo ſplendore, & negotiationum maritimarum ubere pompâ, non Hanſaticas modò inter urbes, ad mare Balthicum, ſed tota in Europa, exteriſque nationibus commendet & oſtentet præclariſſimam. Prima autem pietatis & ſtudiorum fundamenta Candidatus hic noſter jecit Patria in Schola Hamburgenſi. Inde ob celebritatem Scholæ particularis, & amitæ ſuæ chariſſimæ, aliorumque familiaritatem, Lunæburgum: atque hinc ad celebre literarum emporium triviale, Magdeburgum, miſſus: adeoque in tenera juventute, tribus in Scholis particularibus, fideliter feliciterque informatus fuit. Magdeburgo deinde Witebergã uberioris ſtudii capeſſendi cauſa ſe contulit: ibique tres integros ferè annos almæ Philoſophiæ ſtudio, & primis juris noſtri rudimentis operam minimè pœnitendam dedit. Pòſt Witebergâ relictâ Argentoratum, decantatiſſimum iſtud Gymnaſiũ, bonis (ut dicitur) avibus

bus concessit: ibique se totum amplissimo Jurisprudentiæ studio tradidit: nec non Scholas Juridicas cùm publicè, tum privatim quàm diligentissimè frequentavit. Eoque loci duos per annos, & octo menses commoratus, famâ & gloriâ inclyti nostri Tubingensis Lycéi incitatus, huc ante triennium auspicatò se appulit. Ubi non solùm eâ, quâ par fuit, assiduitate lectiones nostras visitavit: sed & privato in Pandectarum Collegio, opponendo respondendoque gratâ vice sese masculè exercuit; & in nobilissimo juris nostri studio multùm se confirmavit, ex ipsis principiis cujusque materiæ indolem animosè rimatus. Etsi verò & Collegii & loci amœnissimi hujus blandâ & eruditâ suavitate, diutiùs perfrui maximopere desideravit; nihilominùs tamen in Patriam, certis quibusdam & necessariis de causis à matre sua & cognatis dilectissimis seriò vocatus, redire coactus fuit. Patriâ autem rursus discedens, antiquissimam illam, Heidelbergensem Academiam invise-

re voluit: illicque ultra annum eodem, quo cœperat, cursu & ardore, in juris civilis & canonici doctrinâ addiscendâ pleniùs, strenuè perrexit. Cæterùm cùm & ipse sine aliqua praxeos cognitione, theoriam parùm sibi profuturam intelligeret: ante annum, Processum supremi Imperialis Dicasterii percepturus perfectiùs, Spiram adiit: ibidemque fructuoso praxeos studio operam curamque assiduam impendit.

Tandem cùm non sibi soli, sed potiùs Patriæ & Reipublicæ natum se animadverteret: & verò Respublica ei gubernanda tutiùs credi committique posset: de honoribus Licentiaturæ (uti vocant) petendis ac legitimè consequendis meritò cogitavit. Itaq; cùm superioribus proximis diebus à Collegio nostro, ad Dignitatem promeritam aditum sibi patefieri, enixè petiisset: & ea, quæ Statutorum vigore ad solennem honoris adeptionem necessariò requiruntur, editis tam publica in Disputatione, quàm gemino

exami-

examine præclaris, partæ eruditionis speciminibus, sufficienter præstitisset: quin & de eximia morum venustate, vitæque candore & innocentiâ (quæ meritò cuivis eruditioni præferenda est) nobis abundè constitisset: non potuimus non, ut prioris, ita & hujus Dn. Candidati voto & petitioni honestissimæ satisfacere: æquum omnino judicantes, tantos studii nostri virtutũq; cultores, meritis etiam studiorum præmiis atque ornamentis insigniri. Id quod per me jam jam effectui dabitur: si priùs ab eo, penes quem hujus rei potestas est, copiam impetravero.

Ad te igitur, reverende & præcellentissime Vir, Domine Andrea Osiander, SS. Theologiæ Doctor & Professor eminentissime, Ecclesiæ Tubingensis Præposite, & Universitatis hujus Cancellarie dignissime, Affinis plurimùm honorande, orationem meam converto: reverendam tuam Dignitatem (sine cujus auctoritate id, quod effectum cupimus, efficere nequimus)

tum totius Collegii nostri, tum horum Candidatorum nomine eâ, quâ par est, animi contentione majorem in modum rogans: ut antiquum suum erga Facultatem nostram favorem ac benevolentiam, novo quodam specimine declaret; & pro muneris, quo fungitur, publici ratione pręsentibus duobus sanctæ Jurisprudentiæ Candidatis, Viris clarissimis & literatissimis, supremos in jure utroque honores, adeoque Docturæ & Licentiæ respectivè insignia amplissima, inauguratione festivâ & solenni conferendi potestatem mihi benevolè tribuere dignetur. Quo summo beneficii genere reverenda tua Dignitas, & totum Ordinem nostrum, & ipsos Dominos Candidatos, jam anteà multis nominibus sibi obligatos, devinctos magis, obstrictosque reddet.

Copia

Copia promovendi Domini JOANNIS MELBECII, Luneburgensis, & Dn. ERASMI Werken/ *Hamburgensis: illius in Doctorem, hujus in Licentiatum Juris;*

DATA A DN.

ANDREA OSIANDRO, D. Academiæ Tubingensis Cancellario dignissimo, &c.

N*On frustrà Paulus exclamat, Rom.* 7. Novi ego, quòd non habitet in me bonum. Non enim, quod volo, bonum facio; sed quod non volo, malum perpetro. *Et rursus:* Lex spiritualis est, *(q. d. non modò externam morum innocentiam, sed internos etiam, ac spirituales motus, omnimodam cordis puritatem, ac o-*

mnibus numeris absolutam obedientiam flagitat) ego verò *(addit Paulus, ex antithesi communem hominum conditionem, vel corruptionem potiùs universalem describens)* carnalis sum, venditus sub peccatum: *peccati nimirum vinculis ita alligatus, ut me, dum carnem hanc mortalem circumfero, inde expedire neutiquam poßim.*

Gravis certè, & homini Christiano diligenter expendenda querela: siquidem ex infelici ista scaturigine & fonte venenato omnis generis vitia & scelera, pacem & tranquillitatem publicam turbantia, promanare solent: quibus necesse fuit opponere leges, earumq; custodes & executores constituere: qui suum cuiq; tribui curent: vim & injuriam propulsent; bonos defendant: malos coerceant;

lites

lites terminent: judicium & justitiam administrent.

Quocircà legum periti, quibus Magistratus ad muneris sui legitimam executionem carere minimè potest, in summo honore & pretio ab omnibus haberi debent: qui ut munus suum convenienter obire possint, integritate lucere, & amore justitiæ flagrare debent: ne affectu aliquo pravo in transversum rapti, vel prosopolepsiâ dementati, vel pleonexiâ (morbo sanè pestilentissimo) correpti, à justitiæ tramite deflectant: sed secundùm honestas leges (divino & humano juri consentaneas) judicent, & pronuncient: ubi nec favori, nec odio locus esse debet: cùm leges æqualiter loquantur omnibus; nec respectum personarum vel largitionum admittant.

Hæc omnia in timore Domini secum perpendentes præsentes Domini Candidati juris, omni studio & labore in id elaborarunt; ut in primis solidâ pietate (quæ veræ sapientiæ principium & fons est) animum imbuerent, excolerentq́: & deinceps juris scientiam, generi humano saluberrimam, summeq́ necessariam, sibi compararent; quâ Reipublicæ Christianæ commodarent plurimúm; vicissim verò per improbitatem, inscitiam vel oscitantiam nocerent nemini. Vnde ab amplissimo Collegio juris summis in hac Facultate honoribus (prior Doctoratus, posterior Licentiæ) digni sunt habiti.

Me quod attinet, cùm de officio sim requisitus, pro authoritate, quâ fungor publicâ, Tibi, Vir Clarissime & præstantissime, Domine Promotor di-

tor dignissime, Affinis colendissime, potestatem tribuo, Dominis Candidatis petitos honores, cum adjunctis privilegiis & insignibus (ceu pietatis, scientiæ & industriæ singularis præmium) conferendi. Quod ut ad nominis divini celebrationem, justitiæ sanctæ patrocinium, Reipublicæ Christianæ solatium, tum etiam Dominorum Candidatorum singulare decus & ornamentum cedat, faxit Sacrosancta Trinitas, Amen.

IMpetratis igitur à Reverendo & dignissimo Domino Cancellario iis, quæ inclytæ Universitatis hujus statutis & ordinationibus ita jubentibus impetranda fuerunt: quo nomine Dignitati ipsius reverendæ gratias agimus immortales & perofficiosas: nihil omninò superest ampliùs, quàm ut vobis, Clarissimi & ornatissimi Domini Candidati, à vobis petiti, à nobis decreti honores, renunciatione rituq; soli-

ſolito contribuantur: ſi tamen priùs, pro more & lege, uſitatum ac ſolenne juramentum, publico Univerſitatis Notario conceptis verbis præeunte, præſtiteritis.

Dn. Notarius formulam juramenti recitet.

FORMULA juramenti hæc eſt:

I. Velle inpoſterum, ſicut retrò actis temporibus, venerationem & obedientiam non ſolùm Decano; ſed & toti Collegio ſtudij juris præſtare: nullum legitimum detrectare Imperium.

II. Rectori & Cancellario Univerſitatis laudatiſſimæ noſtræ Scholæ, & vices eorum gerentibus, ſummum & honorem & venerationem deferre.

III. Utilitatem non tam univerſæ hujus & inclytæ Scholæ, quàm Studij juris, ad quodcunq; honoris faſtigium evecti fueritis, augere: damna verò avertere.

IV. Docturæ ac Licentiæ inſignia, *in nul-*

in nulla alia Academia iterare aut repetere.

V. Si de fide Christianâ disputatio oriatur, & vestrum super hac controversia expetatur judicium: secundùm sacram Scripturam, & analogiam fidei, sincerè, & sine ullâ Sophisticâ respondere, & veritatem defendere.

VI. In honorum ac insignium præsentium gradus Doctorij & Licentiæ adeptione, sumptus facere non inhonestos, aut illicitos: sed convenientes, & tales, quales sunt à juribus ipsis præfiniti & statuti; & non ultrà.

VII. Postremò, contra ea omnia, quæ nunc dicta & prælecta sunt, nihil neq; dolo, neq; fraude unquam admittere.

Post hæc D. Promotor Dominis Candidatis Doctoratus & Licentiæ respectivè Insignia hoc modo contulit.

NUnc ergo, quod Omnipotenti Deo gloriosum: Reipublicę Christianæ auspicatum: huic Scholæ nostræ

ſtræ fortunatum: & vobis, præſtantiſſimi Domini Candidati, ſalutare ac honorificum ſit: in Nomine Sacroſanctæ Trinitatis, Ego Te JOHANNEM MELBECIUM LUNÆBURGENSEM, Saxonem, eâ, quâ nunc fungor, poteſtate publicâ, utriuſque juris Doctorem; Te verò ERASMUM Wetken/HAMBURGENSEM, itidem Saxonem, utriuſque juris Licentiatum, creo, nuncupo, ac renuncio: & tales jam creatos, nuncupatos, ac renunciatos, ſolenniter Doctorem & Licentiatum reſpectivè deſigno, proclamo, atque declaro: taleſque non ſolùm à vobis inclytis Spectatoribus; ſed etiam in univerſum ab aliis omnibus agnoſci, haberi, & ſalutari volo, jubeo, poſtulo. Sed & poteſtatem vobis tribuo cathedram Doctoralem aſcendendi; jura publicè & privatim docendi: conſulentibus de jure reſpondendi: conſilia clientulis impertiendi: omniaque Docturæ & Licentiæ munia in vos recipiendi, debitaque auctoritate adminiſtrandi.

Con-

Concedo præterea vobis omnes & singulos titulos, honores, dignitates, præeminentias, libertates, prærogativas, immunitates, privilegia & jura; quibus reliqui & juris civilis & canonici Doctores, atque Licentiati, ubivis in sacro Imperio locorum, de jure vel consuetudine utuntur, fruuntur, potiuntur, ac gaudent.

Et quia insuper certæ quædam Doctores Licentiatosque investiendi solennitates antiquitùs sapienter sunt introductæ: de iis autem nihil facilè remittendum, aut immutandum est: quippe quæ omissæ actum vitiare solent: idcirco easdem nunc quoque in collatione honorum vestrorum omnino observandas arbitror.

Primùm itaque quemadmodum temperatissimum & fragrantissimum Ver (cujus multiplici amœnitate & utilitate jam per Dei gratiam fruimur) floribus prata hortosque, & frondibus arbores condecorat: ita ego caput vestrum hoc puniceo seu rubro pileo, tanquam laureâ Coronâ, victoribus olim

olim imponi solitâ, meritissimè exorno. Cùm enim hactenus contra execrandos hostes, putà Ignorantiam, Ignaviam, Voluptatem, Præsumptionem, Arrogantiam, aliaque horrenda & informia monstra, fortiter, alacriter, constanter pugnaveritis, necnon isthæc induti thorace seu loricâ, ex variis virtutibus & artibus consertâ; circundati balteo & cingulo Temperantiæ: muniti gladio Diligentiæ, pugione Scientiæ, arcu Obedientiæ, galeâ Vigilantiæ, ac Patientiæ; instructi denique scuto seu clypeo veræ Pietatis & Timoris Domini depuleritis, fuderitis, prostraveritis, adeoque de iis victoriam honorificam reportaveritis: cur non de iisdem, sumptâ hac corollâ & tiarâ, tanquam certissimâ obtentæ victoriæ notâ, gloriosè triumpharetis?

Deinde annulos digitis vestris aureos insero. Ast annulum singularis cujusdam excellentiæ, dignitatis & honoris quasi tesseram apud vetustissimas gentes, Ægyptios & Romanos

fuisse,

fuisse, apud omnes in confesso est. Sed & annulum esse arrham matrimonii; ut nobis valde usitatum; sic apud veteres fuit indubitatum.

Sicut igitur inter sponsum & sponsam interventu annuli contrahitur matrimonium: ita inter scientiam & Doctorem sive Licentiatum fœdus constituitur religiosum atque perpetuum. Et quemadmodum forma seu figura annuli est perfectissima, rotunda nimirum & circularis, in se neque principium, neque finem habens: sic & vestra, Sponsi sanctissimæ justitiæ lectissimi & exoptatissimi, in Sponsam hanc vestram honoratissimam & mellitissimam fides amorque ardentissimus & perfectissimus nullo unquam tempore finiatur: sed quotidie magis magisque in animis vestris, dulcedine ipsius inescatis, fructuosum capiat augmentum.

Præterea ut aurum, ex quo annuli vestri sunt confecti, metallum est præstantissimum: ita & vos aureâ justitiâ nihil in hoc mundo excellentius, nihil

præstabilius esse, prudenter cogitate. Sed & aurum metallum est purissimum: vos etiam, ut cogitationes & consilia vestra ab omni antecepta opinione, & affectu improbo libera & pura sint, per omnem vitam laborate. Aurum denique quò magis igne coquitur, eò purius efficitur: vos etiam quantò magis difficilium casuum varietate, ac dubiarum quæstionum momentis exercemini, tantò vos consiliis dandis & expeditiores & alacriores effici, sapienter expendite.

Adhæc Libros vobis aperio, rursusque claudo. Aperio quidem: ut intelligatis; non nimiùm humanæ memoriæ, quæ valde labilis est, fidendum esse: sed assiduâ lectione volvendos Libros, ex iisque, tanquam pratis floridis, instar apicularum, huc illuc in herbas pastum hoc maximè vernali tempore volitantium, suaves succos eliciendos, indeque mel dulcissimum conficiendum, quo non solùm singularis vestra eruditio indies alatur, augeatur, confirmetur: sed etiam communis Patriæ, cogna-

cognatorum, amicorum, pupillorum, viduarum, omniumque mortalium oppressorum necessitatibus succurratur.

Ergo dum calices alij pro Codice versant:
Vos vigili versate manu noctesque diesque
Libros: consilia hîc dubiis exquirite rebus.
Non opis humanæ est, sed Numinis, abdita mente
Cuncta recordari, cùm rerum flagitat usus.

Eosdem verò libros vobis clausos reddidi: ut moneamini illius, non usque adeò inelegantis, rhythmi:


Ne fidas chartæ: præstat spem ponere in arte:
Ne, si charta cadat; pariter sapientia vadat.

Porrò, Clarissime Domine Doctor & Licētiate, de novis hisce modò collatis titulis & honoribus vobis ex animo gratulor: Deumque ter Optimum Maximum ardentibus invoco votis: ut hæc insignia & ornamenta vestra

amplissima, in divini nominis gloriam, Reipublicæ commodum, Patriæ salutem, vestrum denique, vestrorumque emolumentum ac decus perpetuum, prosperrimè cedant.

Postremò, Viri præstantissimi, cùm eâ potissimùm de causa incensæ faces vobis præferantur: ut vos vicissim augustum & magnificum hoc theatrum, lumine ingenii, & radiis doctrinæ vestræ participetis atque illustretis: haud gravatim jam specimen aliquod præcellentis eruditionis vestræ palàm edetis: ac tandem illustrissimæ, magnificæ, generosæ, reverendæ, nobilissimæ, clarissimæ, omnibusque modis ornatissimæ huic coronæ, quæ honoris vestri amplificandi & condecorandi causa huc confluxit, eâ, quâ par est, subjectione & reverentiâ gratias agendo, solenni huic Actui finem imponetis exoptatum:

DIXI.



SEQUUNTUR

Vota & elogia; scripta ab Amicis: in honorem & festivitatem Dn. JOANNIS MELBECII, J. C. & Consiliarij inclytæ Reipub. Lunæburgensis prudentissimi; Viri, quâ virtutem, quâ literas, omni laude digni:

Cùm is XXIX. Aprilis, Anno Christi cIↄ. Iↄc. XII. Doctoratus titulum publicâ solennique renunciatione in illustri Tubing. Academiâ acceptaret.

I.



TE quoq; Saxonico MELBECCI, sanguine cretum
In themidis studiis fata locasse juvat.
Te juvat, esse Sophum; quævis arcana Sophiæ
Ingenij reseras dum bonitate tui.
Te quoq; Theiologum tanto juvat esse labore;

Vt verbi penetres abdita quæq; Sacri.
Te juvat, Historicum; te Rhetora, teq; Poetam
Esse juvat, studij divite fonte tui.
Te Politiarum varias formasq; modosq;
Posse juvat digitis dinumerare tuis.
Nec tamen esse juvat magis, hoc quàm è pluribus unum,
Nobile Iuridici te Decus esse fori.
Hic Vir, hic es, summâ cultissimus arte, profundi
Iuris inexhaustâ cognitione Vir es.
Vnde tuos auro digitos, pulchrâq; Coronâ
Eunomie nitidas induit alma comas.
DOCTURÆ *adde gravem Titulum, Nomenq; verendum;*
Quod propè regalis ponderis instar habet.
Sed quid opus multis? multo cumulatus honore
Iuridici splendes lucida stella chori.
Fallor? an hæc rigidi sunt præmia justa laboris?
Fallor? an hæc studiis munera digna tuis?
Est ita. Nam sacræ pigros odêre Camœnæ:
Vendere quæ multo dona labore solent.
De quibus egregiis tibi donis, inclyte Doctor,
Gratulor ex animo, faustaq; cuncta precor.
Det DEUS; *ut Patriæ jam Consiliarius Urbis,*
In commune feras commoda mille Bonum.
Det DEUS; *ut vivas longævos dulciter annos,*
Utilibus cunctos consiliiq; bees.

Johannes Happrechtus, U. J. D. & Professor in Acad. Tubing. Ord.

II.

MELBECCI gaudentis opus se vincereq; ausa
Naturæ, ô Themidis mysta sacrate domus:
Nulla tuâ patriâ Iurisconsultior Vrbs est:
Condere illa potest, condere jura potest.
Condît, ut insipido sapiant data jura palato:
Condit, ut hinc cupiat sumere jura cliens.
Conditor salis est fons insuperabilis; & quo
Terrarum melius nil latet in gremio.
Conditor ingenij fons est MELBECCIUS *illo*
Hôc major, melior quô sale Iustitia est.
O Lunæburgum salsam undiq; & undiq; salsam!
Insulsum iste duplex fons nihil esse sinet.

Thomas Lansius, U. J. D.
& Professor in Illustri
Collegio Ordinarius.

III.

SI sua pugnacem comitatur adorea dextram,
Quæ grave felici Marte peregit opus:
Si frons Myrtæo redimitur ovantis honore,
Laurea si rectè serta triumphus habet:
Gnaviter Aönidum lituos & castra secuti,
Cur non militiæ digna βραβεῖα ferant?
Digna βραβεῖα ferent, graviores ferre labores
Nunquam qui veriti: digna βραβεῖα ferent.
Ergo novi meritò tibi decernuntur honores,

MELBECCI, & Themidis præmia digna capis.
Namq; per anfractus, salebrosaq; culmina montis,
IANE, quis Aönidum te penetrasse neget?
Quis neget ingenio cunctas volitâsse per artes,
Et studio magnum te meruisse decus?
Quis te Iure neget præcellere divite cornu,
Triplicibus donis, triplicibusq; bonis?
Vera Dei cultrix PIETAS, & vera sacrorum,
Ultima cura tua est, primaq; cura tua est:
Hanc sequitur VIRTUS peramœno splendida cultu,
Principibus, Patriæ cara, & amica bonis:
Tertia sed geminas ornat DOCTRINA Sorores;
Quæ vario passim spargit odore rosas.
Nil tibi, vera loquor, facilis Natura negavit:
Emicat ingenij vis operosa tui.
CARMINA tu nosti facili componere venâ;
Carmina, Musarum quæ probet ipse Pater.
Omnia quin SOPHIÆ tibi se penetralia pandunt;
Quæ Schola docta tuæ te docuit Patriæ.
Iure bonus poteris JURISCONSULTUS haberi,
Mente tenes Themidis quicquid in arte latet.
Macte igitur titulis nuper decorate decoris
MELBECCI, ingenio signa decora tuo.
Perge bonis avibus mundo inclarescere perge:
Sparta sit auspiciis hæc tibi sumpta bonis.
Gaude etiam. Nam te, famam mirata loquentem,
Urbs, celebrem studiis, nunc LUNEBURGA vocat.

Gau-

Gaudeat atq; tuo Natali Patria terra:
Gaudeat, hoc tanto sitq́; superba Viro.
O felix dicat, tantum quæ cernit alumnum,
Patria! & ô felix Urbis alumne vale.

Samuel Bansovius, U.J.D.
& Supremi Tribunalis
in Ducatu Würtenbergensi Adsessor.

I V.

SPonte tibi vatum cùm res & verba ministret
Illa tua Aonio vena liquore madens;
Ut te nemo tuas meliùs contexere laudes,
Panderequе arguti vim queat ingenii.
Quid rear! usque meos quòd me audes poscere versus,
Há versus! meliùs dixero versiculos,
Nēpe ut trita olim patriis sim fabula suevis?
Et nostro antiquum nomine scomma probem?
Non ita desipio, nostræ nec prodiga famæ
Usque adeò cæco pectore sensa gero,
Tu tua DOCTURÆ laudata insignia, & illam

Quę pressit doctas purpura sacra comas,
Illaque vix ulli meritis majoribus unquam
Hactenus his nostris parta decora locis;
Hæc, inquã, ingenii, quâ polles, divite vena
Ipse age perpetuo carmine prosequere:
Si modò digna tuis optas præconia factis;
Et poscis versu nobiliore cani.
Qualia Musæo penitus rorantia melle
Te notum est aliis carmina sæpe dare.
Sic duo Westphaliæ laudasti corcula quondam;
BULLÆUM, & clarum nomine SPAMMANIDEN;
HARPPRECHTUM imprimis, Tubiæ Decus immortale;
Cùm daret ingenii docta reperta sui;
Monstraretque viam, quâ quisque ambage remotâ
Judicio certum prosequeretur iter:
Et plures alios, quos Nicer, & inclitus Albis,
Et patriæ memores usque loquentur aquæ.

Zach. Schæferus, Poët. & Historiar. Professor, memor: & amori Amici dedit.

V.

SEvera legum possidere momina,
DICESq́; regna, sine laboris magmine
Haut Fit: sciendum est artium præludia,
Et linguarum dulce nectar avariter
Capitis in arcem fundier quàm maxumè
Est usus: hinc sudor, laborq́; & improbo
Labore si quidquam est laboriosius.
Volumen hoc & illud & istud crebrâ
Manu terendum: privâ & inde publicâ
Bibatur aure quicquid Eunomiam sonat,
Rubrica, Baldus, Codices, Feudalia,
Digesta, Leges, Paragraphus, tituli, notæ.
Pietas pianda religiosè est interim.
Sic nonne, MELBECCI, venitur ad adyta
Themidos, ad AEqui ferreosq́; Præsides?
Sic ipse Iuris & AEquitatis arbiter
Merito cives tuo, Bonorumq́; bono eris.
Nam vera Legum possides quòd momina
DICESq́; regna, malis obex, solatium
Reis, Bonis arx firma eris suo bono.

M. Johannes Baptista
Weiganmeir, Pro-
fess. Græc.

Qui

VI.

QVi DOCET, *ut Iuris sint distribuenda statuta,*
Vt tribuenda Bonis mollia, amara Malis:
Ille Bonos ceu MELLE *mero demulcet, & unà*
Ceu BACULO *mulctat vindice, ritè Malos.*
Quis tu? nónne DOCES *etiam tribuenda Statuta:*
Vt sis jure Bonis MEL, BACULUSq́; *Malis?*
Verè DOCTOR *es: At duplex tibi Nomen & O-*
men
MELBECIUMVé *sonem,* MEL, BACULUMVé *sonem!*
Nomine MELBECIUM *te dicunt quique. Clientes:*
Omine Quique Boni MEL, BACULUMq́; *Mali.*

Jo. August. Assum, in Aulâ Ducat. Würt. prid. Non. Maii.

VII.

SCilicet hocce tuis restabat honoribus augmen,
MELBECCI, Astrææ pompa, decusque fori;
Ut Doctorali te vincto tempora, myrtho,
Mercedem ferrent sudor & ingenium.
Eximia eximium sequitur molimina donum,
Hinc tua Magnatum fama per ora volat.
Exultat meritæ Themis ob data præmia palmæ,
Æternoque frui te jubet elogio.

Gratu-

Gratulor; at dubito, num tu magis auctus honorem
Ornes, aut novus hic te magis ornet honos.

Andreas Ketterlinus.

VIII.

Mercurio Themidiq́, Virûm Clarissime JANE,
Præstò esse exoptas carmina nostra, tua.
Ipse sed optarem, mihi nunc ea numina præstò
Essent, Parnassi quæ juga montis amant.
At cùm hæc me fugiant, fugiam pro tempore & ipsa:
Hinc fugio Themidem Mercuriumq́ tuum.
Verùm ita abesse volo, tibi ut hocce decastichon adsit.
Quo, mente, hoc tantùm, candidiore precor:
Ut, ceu rara gradum hunc tua jam doctrina venustat;
Rarâ ita rem populi commoditate bees.

θεραπείας καὶ φιλοφροσύνης χάριν
fundebam:

Johannes Camman Brunsvico Saxo.

IX.

Sicut apes verno hoc depascunt tēpore flores;
Adiiciuntque suis dulcia mella favis:

Ut pos-

Ut possint hyemis durum tolerare rigorem;
Ut possint sapido se recreare cibo:
Sic varias quærens, MELBECCI, sedulus artes,
Exornas animum cognitione tuum:
Ut sis clarorum celeberrima fama Virorum:
Ut Patriæ, utque tibi ritè præesse queas.
Hinc Doctorales meritò tibi dantur Honores:
Accipis & studiis præmia digna tuis.
His donis, precor ergo, fruare diu: tua virtus
Inclyta supremos effugiatque rogos.

Debitæ observantiæ ergò f. Christophorus Harpprechtus, Tubingensis.



Erratorum Correctio.

Pag. 15. *lin.* 12. dele *specie. p.89. l.3. emero p.162. l.11. Imperatore. p.209. l.ult. earum. p.218. l.6. committat. p.225. l.5. ad bona. p.236. l.ult. possunt. 254. l.15. pro. p.312. l.9. decet. p.352. l.5. Solicitator.*

FINIS.